


In isto libro continetur decem et novem questiones de legibus beati Thome que desunt in prima secunde eiusdem tandem sequitur Orosius super tantita deinum alie materie diverse

liber magistri Jacobi de Schadek decretorum doctoris canonici Cracoviensis

legatus collegio maiori artistarum in Cracovia per magistrum Jacobum de Schadek decretorum doctorem canonicum et vicarium in spiritualibus Cracoviensem generalem qui mortuus est die solis XXII octobris anno domini M°CCCCLXXXVII°

Quaestiones de Legibus D. Thomae

1

q xc

Consequenter considerandum est de principiis exterioribus actuum. Principium autem exterius ad malum est inclinans diabolus de cuius temptatione in po dictum est. Principium autem exterius movens ad bonum est deus qui et nos instruit per legem et iuvat per gratiam. Unde po de lege 2o de gratia dicendum est. Circa legem autem po oportet considerare de lege ipsa in communi 2o de partibus eius. Circa legem in communi occurrunt consideranda 3. po quidem de essentia ipsius 2o de differentia legum 3o de effectibus legis. Circa primum queruntur quatuor. primo utrum lex sit aliquid rationis 2o de fine legis 3o de causa eius 4o de promulgatione ipsius.

ar Ad primum sic proceditur. videtur quod lex non sit aliquid rationis. Dicit enim apostolus Ro. vii video aliam legem in membris meis etc. sed nichil quod est rationis est in membris quia ratio non utitur organo corporali ergo lex non est aliquid rationis. Preterea in ratione non est nisi potentia habitus et actus sed lex non est ipsa potentia rationis. Similiter etiam non est aliquis habitus rationis quia habitus rationis sunt virtutes intellectuales de quibus supra dictum est. nec etiam est actus rationis quia cessante rationis actu lex cessaret puta in dormientibus ergo lex non est aliquid rationis. Preterea lex movet eos qui subiciuntur legi ad recte agendum sed movere ad agendum proprie pertinet ad voluntatem ut patet ex premissis ergo lex non pertinet ad rationem sed magis ad voluntatem secundum quod etiam iurisperitus dicit quod placuit principi legis vigorem est. Sed contra est quod ad legem pertinet precipere et prohibere sed imperare est rationis ut supra dictum est ergo lex est aliquid rationis. Respondeo dicendum quod lex quedam regula est et mensura actuum secundum quam inducitur aliquis ad agendum vel ab agendo retrahitur. Dicitur enim lex a ligando quia ligat ad agendum. Regula autem et mensura humanorum actuum est ratio que est primum principium agendorum actuum humanorum ut ex predictis patet. Rationis autem est ordinare ad finem qui est primum principium in agendis secundum philosophum. In unoquoque autem genere id quod est primum est mensura et regula illius generis sicut unitas in genere numeri et motus primus quedam regula et mensura in genere motuum. Unde relinquitur quod lex sit quedam regula et mensura ad pertinens ad rationem. Ad primum ergo dicendum quod cum lex sit quedam regula et mensura dupliciter esse dicitur in aliquo. Uno modo sicut in mensurante et regulante et quia hoc est proprium rationis ideo per hunc modum lex est in ratione sola. Alio modo sicut in regulato et mensurato et sic lex est in [illegible] nantur ad a[illegible] ita quod quelibet in[illegible] ex aliqua lege potest dici [illegible] essentialiter sed quasi participative et hoc modo ipsa inclinatio membrorum ad concupiscendum lex membrorum vocatur.

Ad secundum dicendum quod sicut in actibus exterioribus est considerare operationem et operatum, puta edificationem et edificatum, ita in operibus rationis est considerare ipsum actum rationis qui est intelligere et ratiocinari et aliquid per huiusmodi actum constitutum, quod quidem in ratione speculativa primo quidem est diffinitio, 2o enunciatio, 3o silogismus vel argumentum. Et quia ratio etiam practica utitur quodam silogismo in operabilibus ut supra habitum est, secundum quod philosophus docet in 7 ethicorum, et ideo est invenire aliquid in ratione practica quod ita se habeat ad operationes sicut se habent propositiones in ratione speculativa ad conclusiones. Et huiusmodi propositiones universales rationis practice ordinate ad actiones habent rationem legis, que quidem propositiones aliquando actualiter considerantur, aliquando habitualiter a ratione tenentur.

// conclusiones

actiones

Ad 3m dicendum quod ratio habet virtutem movendi a voluntate ut supra dictum est, ex hoc enim quod aliquis vult finem ratio imperat de hiis que sunt ad finem, sed voluntas de hiis que imperantur ad hoc quod legis rationem habeat oportet quod sit aliqua ratione regulata, et hoc modo intelligitur quod voluntas principis habet vigorem legis, alioquin voluntas principis magis esset iniquitas quam lex.

// habeat

Ad 2m sic proceditur. Videtur quod lex non [lacuna] ad bonum commune [lacuna] que sunt [lacuna] enim pertinet [lacuna] prohibere, sed precepta [lacuna] ordinantur ad quedam singularia bona, non ergo semper finis legis est bonum commune.

Preterea lex dirigit hominem ad agendum, sed actiones humane sunt in particularibus, ergo et lex ad bonum aliquod particulare ordinatur.

Preterea Ysidorus dicit in libro Ethimologiarum: si ratione lex constat, lex erit omne quod ratione constiterit. Sed ratione consistit non solum quod ordinatur ad bonum commune sed etiam quod ordinatur ad bonum privatum, ergo lex non ordinatur solum ad bonum commune, sed etiam ad bonum privatum unius. Sed contra est quod Ysidorus dicit in libro Ethimologiarum quod lex est nullo privato commodo, sed pro communi utilitate civium conscripta. Respondeo dicendum quod sicut dictum est lex pertinet ad id quod est principium humanorum actuum ex eo quod est regula et mensura. Sicut autem ratio est principium humanorum actuum, ita etiam in ipsa ratione est aliquid quod est principium respectu omnium aliorum. Unde ad hoc oportet quod principaliter et maxime pertineat lex. Primum autem principium in operativis quorum ratio est practica est finis ultimus. Est autem finis ultimus humane vite felicitas vel beatitudo ut supra dictum est. Unde oportet quod lex maxime respiciat ordinem qui est in beatitudine. Et rursus cum omnis pars ordinetur ad totum sicut imperfectum ad perfectum, unus autem homo est pars communitatis perfecte, necesse est quod lex proprie respiciat ordinem ad felicitatem communem. Unde et philosophus in premissa diffinitione legalium mentionem facit et de felicitate et communione politica. Dicit enim in quinto Ethicorum quod legalia iusta dicimus factiva et conservativa felicitatis et particularum ipsius politica communione. Perfecta est

em communitas civitas est, ut in primo Politice. In quolibet autem genere id quod maxime dicitur est principium aliorum, et alia dicuntur secundum ordinem ad primum, sicut ignis qui est maxime calidus est causa caliditatis in corporibus mixtis, que intantum dicuntur calida inquantum participant de igne. Unde oportet quod cum lex maxime dicatur secundum ordinem ad bonum commune, quodcumque aliud preceptum de particulari opere non habeat rationem legis nisi secundum ordinem ad bonum commune. Et ideo omnis lex ad bonum commune ordinatur. Ad primum ergo dicendum quod preceptum importat applicationem legis ad ea que ex lege regulantur. Ordo autem ad bonum commune, qui pertinet ad legem, est applicabilis ad singulares fines. Et secundum hoc etiam de particularibus quedam precepta dantur. Ad secundum dicendum quod operationes quidem sunt in particularibus, sed illa particularia referri possunt ad bonum commune, non quidem communitate generis vel speciei, sed communitate cause finalis, secundum quod bonum commune dicitur finis communis. Ad tertium dicendum quod sicut nihil constat firmiter secundum rationem speculativam nisi per resolutionem ad prima principia indemonstrabilia, ita firmiter nihil constat per rationem practicam nisi per ordinationem ad ultimum finem qui est bonum commune. Quod autem hoc modo ratione constat legis rationem habet.

Ad tertium proceditur. Videtur quod cuiuslibet ratio sit factiva legis. Dicit enim Apostolus ad Romanos II quod cum gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex. Hoc autem communiter dicit de omnibus. Ergo quilibet potest facere sibi legem.

Preterea, sicut Philosophus dicit in II Ethicorum, intentio legislatoris est ut inducat hominem ad virtutem. Sed quilibet homo potest alium inducere ad virtutem. Ergo cuiuslibet hominis ratio est factiva legis. Preterea, sicut princeps civitatis est civitatis gubernator, ita quilibet paterfamilias est gubernator domus. Sed princeps civitatis potest legem in civitate facere. Ergo quilibet paterfamilias potest in sua domo facere legem. Sed contra est quod Isidorus dicit in libro Ethimologiarum et habetur in Decretis distinctione II: lex est constitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. Non est ergo cuiuslibet facere legem. Respondeo dicendum quod lex proprie primo et principaliter respicit ordinem ad bonum commune. Ordinare autem aliquid in bonum commune est vel totius multitudinis, vel alicuius gerentis vicem totius multitudinis. Et ideo condere legem vel pertinet ad totam multitudinem, vel pertinet ad personam publicam que totius multitudinis curam habet. Quia et in omnibus aliis ordinare in finem est eius cuius est proprius ille finis. Ad primum ergo dicendum quod sicut supra dictum est, lex est in aliquo non solum sicut in regulante, sed etiam participative sicut in regulato. Et hoc modo unusquisque sibi est lex, inquantum participat ordinem alicuius regulantis. Unde et ibidem subditur: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ad secundum dicendum quod persona privata non potest inducere efficaciter ad virtutem. Potest enim solum monere, sed si sua monitio non recipiatur, non habet vim coactivam, quam debet habere lex ad hoc quod efficaciter inducat ad

X

virtutem ut philosophus dicit in x ethicorum
habent autem virtutem coactivam scilicet mul-
titudo vel persona publica ad quam pertinet
penas infligere ut infra dicetur et
ideo eius solius est leges facere. Ad
secundum dicendum quod sicut homo est pars domus
ita domus est pars civitatis. Civitas
autem est communitas perfecta ut dicitur in po-
litice. et ideo sicut bonum unius
hominis non est ultimus finis sed ordinatur
ad bonum commune. ita etiam bonum unius
domus ordinatur ad bonum unius civitatis
que est civitas perfecta. unde ille
aliquaqui gubernat aliquam familiam potest quidem
facere aliqua precepta vel statuta non
tamen que proprie habeant rationem legis.

Ad 4 sic proceditur videtur quod promulgatio
non sit de ratione legis. lex enim
naturalis maxime habet rationem legis.
sed lex naturalis non indiget promulgatione
ergo non est de ratione legis quod pro-
mulgetur. Preterea ad legem pertinet
obligare ad aliquid faciendum vel
non faciendum sed non solum obligantur
ad implendum legem illi coram quibus
promulgatur lex. sed etiam alii. ergo pro-
mulgatio non est de ratione legis.
Preterea obligatio legis extenditur etiam
in futurum. quia leges futuris nego-
tiis necessitatem imponunt ut iura
dicunt. C. de le. l. leges et constitutiones
dicunt. sed promulgatio fit ad presentes. ergo
promulgatio non est de necessitate legis.
Sed contra est quod dicitur in decretis
di. iiii. quod leges instituuntur cum
promulgantur. Respondeo dicendum quod sicut dictum est
lex imponitur aliis per modum regule
et mensure. Regula autem et mensura imponitur

per hoc quod applicatur hiis que re-
gulantur et mensurantur. unde ad
hoc quod lex virtutem obligandi habeat
quod est proprium legis. oportet quod applicetur
hominibus qui secundum eam regulari
debeant. talis autem applicatio fit per hoc
quod in notitiam eorum deducitur
ex ipsa promulgatione. unde promulgatio
necessaria est ad hoc quod lex habeat
suam virtutem. et sic ex quatuor predi-
ctis potest colligi diffinitio legis que
nichil est aliud quam quedam rationis
ordinatio ad bonum commune ab eo qui
curam communitatis habet promulgata. | diffinitio legis
Ad primum ergo dicendum quod promulgatio legis
nature est ex hoc ipso quod deus eam
mentibus hominum inseruit naturaliter co-
gnoscendam. Ad 2 dicendum quod illi
coram quibus non fit lex non promulgatur
obligantur ad legem servandam inquantum
in eorum notitiam devenit per alios
vel devenire potest promulgatione
facta. Ad 3 dicendum quod promulgatio
presens in futurum extenditur per firmitatem
scripture. que quodammodo semper eam
promulgat unde ysidorus dicit in 2 ethimologiarum
quod lex a legendo vocata est quia
scripta est.

Deinde considerandum de diversitate
legum. et circa hoc queruntur

sex.
primo
secundo
3°
4°
5°
6°
utrum sit
aliqua lex eterna
aliqua lex naturalis
aliqua lex humana
aliqua lex divina
una tantum vel plures
aliqua lex [illegible]

Ad primum sic proceditur videtur quod non sit
aliqua lex eterna. Omnis enim lex
aliquibus imponitur. sed non fuit ab eterno

ad cui lex possit imponi, solus enim deus abeterno fuit, ergo nulla est lex eterna. 2° promulgatio est de racione legis, sed promulgatus non potuit esse ab eterno cui promulgare, ergo nulla lex potest esse eterna. 3° lex importat hominem ad ordinem ad finem, sed nihil est eternum quod ordinetur ad finem, solus enim ultimus finis est eternus, ergo nulla lex est eterna. Sed contra est quod Aug[ustinus] dicit in li[bro] [de libero] ar[bitrio] 1° lex que summa racio nominatur non potest cuiquam intelligenti nisi incommutabilis eterna sed videri. Respondeo dicendum quod sicut supra dictum est nihil est aliud lex quam dictamen practice racionis in principe qui gubernat aliquam communitatem perfectam, manifestum est autem supposito quod mundus divina providencia regatur ut in primo habitum est, quod tota communitas universi gubernatur racione divina, et ideo ipsa racio gubernationis rerum in deo sicut in principe universitatis existens legis habet racionem, et quia divina racio nihil concipit ex tempore sed habet eternum conceptum ut dicitur prov. viii, inde est quod huiusmodi legem oportet dicere eternam.

Ad primum ergo dicendum quod ea que in se ipsis non sunt apud deum existunt inquantum sunt ab ipso precognita et preordinata, sed id Ro. iiii qui vocat ea que non sunt tamquam ea que sunt, sic igitur eternus divine legis conceptus habet racionem legis eterne secundum quod a deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso precognitarum.

Ad secundum dicendum quod promulgatio fit in verbo et in scripto, et utroque modo lex eterna habet promulgationem ex parte dei promulgantis, quia et verbum divinum est eternum et scriptura libri vite est eterna, sed ex parte creature audientis aut inspicientis non potest esse promulgatio eterna. Ad tercium dicendum quod lex importat ordinem ad finem active, scilicet inquantum per eam ordinantur aliqua in finem, non autem passive, id est quod ipsa lex ordinetur ad finem nisi per accidens in gubernante cuius finis est extra ipsum ad quem eciam necesse est ut lex eius ordinetur. Sed finis divine gubernationis est ipse deus, nec eius lex est aliud ab ipso, unde lex eterna non ordinatur ad alium finem.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non est in nobis aliqua lex naturalis. Sufficienter enim homo gubernatur per legem eternam. Dicit enim Aug[ustinus] in li[bro] de li[bero] ar[bitrio] p° quod lex eterna est qua iustum est ut omnia sint ordinatissima. Sed natura non abundat in superfluis sicut nec deficit in necessariis, ergo non est alia lex homini naturalis. 2° per legem ordinatur homo in suis actibus ad finem ut supra habitum est. Sed ordinacio humanorum actuum ad finem non est per naturam sicut accidit in creaturis irracionalibus que solo appetitu naturali agunt propter finem, sed homo agit propter finem per racionem et voluntatem, ergo non est alia lex homini naturalis. 3° quanto aliquis est liberior tanto minus est sub lege, sed homo est liberior omnibus aliis animalibus propter liberum arbitrium quod pre aliis animalibus habet, cum igitur alia animalia non subdantur legi naturali, nec homo alicui naturali legi subditur,

9

Sed quid est quod dicitur Ro. ij super id
cum enim gentes que legem non habent
naturaliter ea que legis sunt faciunt
dicit glossa: et si non habent legem scriptam
habent tamen legem naturalem qua quilibet
intelligit et sibi conscius est quid
bonum et quid malum. Respondeo dicendum
quod sicut supra dictum est lex cum sit
ratio regula et mensura dupliciter potest esse
in aliquo. Uno modo sicut in regulante
et mensurante. Alio modo sicut in regulato et
mensurato, quia in quantum aliquid participat de
regula vel mensura sic regulatur vel
mensuratur. Unde cum omnia que divine
prudencie subduntur a lege eterna
regulentur vel mensurentur ut ex dictis
patet, manifestum est quod omnia participant
aliqualiter legem eternam, in quantum scilicet
ex impressione eius habent inclinationes
in proprios actus et fines. Inter cetera
autem rationalis creatura excellentiori di-
vine prudencie providere particeps sibi ipsi
et aliis providens. Unde et in ipsa
participatur ratio eterna per quam habet
naturalem inclinationem ad debitum actum
et finem. Et talis participatio legis
eterne in rationali creatura lex naturalis
dicitur. Unde cum psalmista dixisset: Sacrifi-
cate sacrificium iusticie, quasi quibusdam que-
rentibus que sunt iusticie opera
subiungit: Multi dicunt quis ostendit nobis
bona. Cui questioni respondens dicit:
Signatum est super nos lumen vultus tui
domine, quasi lumen rationis naturalis quo
discernimus quid sit bonum et malum
quod pertinet ad naturalem legem, nichil aliud
sit quam impressio divini luminis in nobis.
Unde patet quod lex naturalis nichil aliud est
quam participatio legis eterne in rationali
creatura. Ad primum ergo dicendum quod ratio illa

quodam modo divine prudencie subiacet in quantum et ipsa fit providencie

procedit si lex naturalis esset
aliquid diversum a lege eterna.
Non est autem nisi quedam participatio
eius ut dictum est. Ad secundum dicendum
quod omnis operatio rationis et voluntatis
derivatur in nobis ab eo quod est secundum
naturam ut supra habitum est. Nam
omnis ratiocinatio derivatur a principiis
naturaliter notis, et omnis appetitus eorum
que sunt ad finem derivatur a naturali
appetitu ultimi finis. Et sic etiam oportet
quod prima directio actuum nostrorum ad
finem fiat per legem naturalem. Ad tertium
dicendum quod etiam animalia irrationalia participant
rationem eternam suo modo sicut et
rationalis creatura participat eam intel-
lectualiter et rationaliter. Ideo participatio
legis eterne in creatura rationali
proprie lex vocatur. Nam lex est aliquid
rationis ut supra dictum est. In creatura autem
autem irrationali non participatur rationaliter.
Unde non potest dici lex nisi per
similitudinem.

Ad 3 sic proceditur. Videtur quod non sit
aliqua lex humana. Lex enim naturalis
est participatio legis eterne ut dictum
est. Sed per legem eternam omnia sunt
ordinatissima ut Augustinus dicit
in I de libero arbitrio. Ergo lex naturalis
sufficit ad omnia humana ordinanda.
Non est ergo necessarium quod sit aliqua
lex humana. Preterea lex habet rationem men-
sure ut dictum est. Sed ratio humana
non est mensura rerum sed potius e
converso ut in X metaphysice. Ergo ex ratione
humana nulla lex procedere potest. Preterea
mensura debet esse certissima ut in
X metaphysice. Sed dictamen rationis humane
de rebus gerendis est incertum secundum illud
Sapientie ix: Cogitationes mortalium
timide et incerte providencie

dcj

nre, go ex rone huana nulla
lex procede pt. Sed cont e qd
Augus dt in po de li arbito
ponit duas leges vna etnaz
et aliaz tpalez qua dt esse
huanaz. Rco. dd qd sic supra
dctm est, lex est quoddaz dicta
men practice rois, silis aut
processus esse inveni rois pctice
et spe^ve, vtraqz em ex quibusda
principys ad quasdaz oncs
procedit ut sup hitum e. Scdm
hoc go dd est, qd sicut in rone
spe^va ex pncipys indemrabliba
naliter cogtis procedut concos
diversaz sciarum, quaz cogo
no est nobis naliter indita sed
p industriaz rois inventa, ita
eciaz ex pceptis legis nalis qsi
ex quibusdaz pncipys oibus
et indemrabilibz necce est qd
ro huana procedat ad aliqua ma
gis pticular disponenda, et iste
pticulares dispoes adinvente scdm
rom huanaz dnt leges huane. Sz
natis alys condicoibz que
ptinet ad rom legis vt supra
dctu est. Vnde ut tulius dt
in sua Rethca, qd inicium iuris
est a na pfectum deinde quedaz
in consuetudinez ex vtilitate rois
venerut, postea res et a na
pstitas et consuetudie prolatas
legum metus et religio sanxit.
Ad I. go dicendu qd ro huana
no pt pticipe adplem dictamic
rois dine, sed suo mo et impfto
et ideo sicut ex pte rois spe^ve
p nalez pticipacoez dine sapiencie

Inest nobis quorunda coium
principioz cogcio, no at cuiuslzt
veritatis ppa cogo, sicut in dina
sapia contine, ita eciam ex pte
rois pctice nar ho pticipat legez
etnaz scdm queda pncipia coia, no
aut scdm pticulares direccoes singlorum
que tamen in etna lege cotinet
et io necce est ulterius qd ro huana
pcedat ad pticulares quasda legum
sancciones. Ad scdm dd qd ro huana scdm
se no est rgla rez, sed pncipia ei
nar indita sut queda regule
gnales et mensure oim rez que
sut p hoiez agenda, quaz ro
nalis est rgla et mensura, licet
no sit mensura eoz que sut a na.
Ad 3. dd qd ro pctica est circa opa
bilia que sunt singlaria et contingecia
no at circa necessaria sicut ro spe^va
et io leges huane no put illaz in
fallibilitatez habe, quam hnt cogoes
demrative sciaz, nec oz qd omnis
mensura sit omnino infallibilis
et certa, scdm scdm qd est possibile in genere
illo.
Ad 4. sic proce. Vide qd no sint
necce esse aliam legez divinaz qz
ut dctm est lex lex nalis est queda
pticipacio legis etne in nobis, scdm lex
etna est lex dina ut dctm est
no go oz qd pter legez nalez et leges
huanas aliqua dinatas sit aliqua alia
lex dina. Ppa. Eccli xv in di qd deus
dimisit hominez in manu consily sui. Con
silium at actus rois ut sup hitum
est. go dimissus est gubnacioni sue
rois, scdm dictamine rois huane est
lex huana ut dctm est. go no
oz qd ho aliqua lege dina gubnet

Preterea natura humana est sufficientior irrationalibus creaturis, sed irrationales creature non habent aliam legem divinam preter inclinationem naturalem eis inditam, ergo multo magis creatura rationalis [non debet] habere aliam legem divinam preter naturalem legem. Sed contra est quod David expetit legem a deo sibi poni dicens legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum. Respondeo dicendum quod preter legem naturalem et legem humanam necessarium fuit ad directionem humane vite habere legem divinam, et hoc propter quatuor rationes. Primo quidem quia per legem dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad finem ultimum, et si quidem homo ordinaretur tantum ad finem qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis, non oporteret quod homo haberet aliquod directivum ex parte rationis supra legem naturalem et legem humanitus positam que ab ea derivatur, sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis eterne que excedit proportionem naturalis facultatis humane ut supra habitum est, et ideo necessarium fuit ut supra legem naturalem et humanam dirigeretur etiam ad suum finem lege divinitus data. Secundo quia propter incertitudinem humani iudicii precipue de rebus contingentibus et particularibus contingit de actibus humanis diversorum esse diversa iudicia ex quibus etiam diverse et contrarie leges procedunt. Ut ergo homo absque omni dubitatione scire possit quid ei sit agendum et quid vitandum necessarium fuit ut in actibus propriis dirigeretur per legem divinitus datam de qua constat quod non potest errare. Tertio quia de his potest homo legem facere de quibus potest iudicare. Iudicium autem hominis esse non potest de interioribus motibus qui latent, sed solum de exterioribus actibus qui apparent. Et tamen ad perfectionem virtutis requiritur quod in utrisque actibus homo rectus existat, et ideo lex humana non potuit cohibere et ordinare sufficienter interiores actus, sed necessarium fuit quod ad hoc superveniret lex divina. Quarto quia sicut dicit Augustinus in primo de libero arbitrio lex humana non potest omnia que male fiunt punire vel prohibere, quia dum auferre vellet omnia mala sequeretur quod etiam multa bona tollerentur et impediretur utilitas boni communis quod est necessarium ad conservationem humanam. Ut ergo nullum malum improhibitum et impunitum remaneat necessarium fuit supervenire legem divinam per quam omnia peccata prohibentur. Et iste quatuor cause tanguntur in psalmo ubi dicitur lex domini immaculata, idest nullam peccati turpitudinem permittens, convertens animas quia non solum exteriores actus sed etiam interiores dirigit, testimonium domini fidele propter certitudinem veritatis et rectitudinis, sapientiam prestans parvulis inquantum ordinat hominem ad finem supernaturalem et divinum. Ad primum ergo dicendum quod per legem naturalem participatur lex eterna secundum proportionem capacitatis humane nature, sed oportet ut altiori modo dirigatur homo in ultimum finem supernaturalem, et ideo superadditur lex divinitus data per quam lex eterna participatur altiori modo. Ad secundum dicendum quod consilium est inquisitio quedam, unde oportet quod procedat ex aliquibus principiis naturaliter inditis que sunt precepta legis nature propter predicta, sed oportet quod superaddantur quedam alia principia scilicet precepta legis divine. Ad tertium dicendum quod creature irrationales non ordinantur ad altiorem finem quam sit finis qui est proportionatus naturali virtuti ipsarum, et ideo non est similis ratio.

Preter legem naturalem et humanam necessarium fuit ad directionem humane vite habere legem divinam

xcj

Ad quintum sic proceditur
videtur quod lex divina sit una tantum
unius enim regis in uno regno
est una lex, sed totum humanum genus
comparatur ad deum sicut ad unum
regem secundum illud psalmi rex omnis terre
deus, ergo est una tantum lex divina
preterea, omnis lex ordinatur ad finem
quem legislator intendit in eis
quibus legem infert, sed unum
et idem est quod deus intendit in
omnibus hominibus, secundum illud ad thi. 2o
~~vult~~ volt omnes homines salvos
fieri et in agnicionem veritatis
venire, ergo una tantum est lex divina
preterea lex divina propinquior videtur esse
legi eterne, que est una tantum quam
lex naturalis, quanto altior est reve-
lacio gracie quam cognicio nature, sed lex
naturalis est una omnium hominum ergo
multo magis lex divina. Sed contra
est quod apostolus dicit ad hebreos vii
translato sacerdocio necesse est
ut legis translacio fiat, sed sacer-
docium ~~xpi~~ est duplex ut ibidem dicitur
scilicet sacerdocium leviticum et sacerdocium christi
ergo etiam est duplex lex divina scilicet lex
vetus et lex nova. Respondeo dicendum quod sicut
in primo dictum est, distinctio est
causa numeri. Dupliciter autem inveniuntur aliqua
distingui, uno modo sicut ea que sunt omnino
specie diversa ut equus et bos, alio modo
sicut perfectum et imperfectum in eadem specie
sicut puer et vir et hoc modo lex
divina distinguitur in legem veterem et in
legem novam. Unde apostolus ad gal.
3, comparat statum veteris legis sta-
tui pueri existentis sub pedagogo
statum autem nove legis comparat sta-
tui viri perfecti qui iam non est sub
pedagogo. Attenditur autem perfectio

et imperfectio utriusque legis secundum tria que
ad legem pertinent ut supra dictum est.
Primo enim ad legem pertinet ut ordinetur
ad bonum commune sicut ad finem ut supra dictum
est quod quidem potest esse duplex scilicet bonum
sensibile et terrenum et ad tale bonum ordinabat
directe lex vetus, unde statim exodi iii
in principio legis invitatur populus ad regnum
terrenum chananeorum, et iterum bonum
intelligibile et celeste et ad hoc ordinat
lex nova, unde statim christus ad
regnum celorum in sue predicacionis principio
invitavit dicens penitenciam agite appropinquavit enim
regnum celorum mt iiii. Et ideo augustinus dicit
li. 4 contra faust. quod temporalium rerum pro-
missiones testamento veteri continentur et ideo
vetus appellatur, sed eterne vite promissio
ad novum pertinet testamentum. Secundo ad legem
pertinet dirigere humanos actus secundum ordinem
iusticie in quo etiam superabundat
lex nova legi veteri, quia lex vetus
dirigit exteriores actus, lex vero nova
interiores actus secundum illud mt v nisi
abundaverit iusticia vestra plus quam
scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum
Et ideo dicitur quod lex vetus cohibet
manum lex nova animum. Tercio ad legem
pertinet inducere homines ad observancias
mandatorum et hoc quidem lex vetus
faciebat timore penarum, lex autem
nova facit hoc per amorem qui
et in cordibus nostris infunditur per graciam
christi que in lege nova confertur
sed in lege veteri figurabatur. Et ideo
dicit augustinus contra adimantum mani-
chei discipulum quod brevis differencia est
legis et evangelii timor et amor.
Ad primum ergo dicendum quod sicut paterfamilias
in domo alia mandata proponit
pueris et adultis, ita etiam unus
rex deus in uno suo regno aliam
legem dedit hominibus adhuc imperfectis

existentibus et alias perficiendum eos
manuductis propter legem ad maiorem
capacitatem divinorum. Ad 2m dicendum quod salus
hominis non potest esse nisi per Christum secundum
illud actuum x, non est aliud nomen
datum hominibus in quo oporteat nos
salvos fieri, et ideo lex perfecte ad
salutem omnes inducere non po-
tuit nisi post Christi adventum. Antea
vero dari oportuit populo ex quo Christus nas-
citurus erat legem praeparatoriam
ad Christi susceptionem in qua quaedam
inductiva salutaris iustitiae continentur.
Ad 3m dicendum quod lex naturalis dirigit hominem
secundum quaedam praecepta communia in quibus
conveniunt tam perfecti quam imperfecti
et ideo est una omnium. Sed lex divina
dirigit hominem etiam in quibusdam par-
ticularibus ad quae non similiter se habent
perfecti et imperfecti, et ideo oportuit le-
gem divinam esse duplicem sicut dictum est.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod non sit
aliqua lex fomitis. Dicit enim Isidorus
in 2 Ethymologiarum quod lex ratione consistit. Sed
~~magis a ratione deviat~~ fomes autem
non ratione consistit, sed magis a ratione
deviat. Praeterea omnis lex obligatoria
est, ita quod qui eam non servant
transgressores dicuntur. Sed fomes non
constituit aliquem transgressorem ex
hoc quod ipsum non sequitur, sed magis
transgressor redditur si quis ipsum sequatur.
Ergo fomes non habet rationem legis. Praeterea
lex ordinatur ad bonum commune ut dictum est.
Sed fomes non inclinat ad bonum commune
sed magis ad bonum privatum. Ergo fomes
non habet rationem legis. Sed contra est quod apostolus
dicit Ro. vii: video aliam legem in membris
meis repugnantem legi mentis meae.
Respondeo dicendum sicut supra dictum est, lex essentialiter
invenitur in regulante et mensurante,
participative autem in eo quod mensuratur et regulatur,

ita quod omnis inclinatio vel ordinatio
quae invenitur in his quae subiecta sunt
legi participative dicitur lex ut ex supra-
dictis patet. Potest autem in his quae
legi subduntur aliqua inclinatio
inveniri dupliciter a legislatore. Uno
modo inquantum directe inclinat suos subdi-
tos ad aliquid et diversos interdum
ad diversos actus, secundum quem modum
potest dici quod alia est lex militum
et alia est lex mercatorum. Alio
modo indirecte inquantum scilicet per hoc quod legis-
lator destituit aliquem subditum
aliqua dignitate, sequitur quod transeat in
alium ordinem et quasi in aliam
legem, puta si miles ex militia
destituatur, transibit in legem rusti-
corum vel mercatorum. Sic igitur
sub Deo legislatore diversae creaturae
diversas habent naturales inclinationes
ita ut quod uni est quodammodo lex
alteri sit contra legem, ut si dicam
quod furibundum esse est quodammodo
lex canis, est autem contra legem ovis
vel alterius mansueti animalis. Est
ergo hominis lex quam sortitur ex ordinatione
divina secundum propriam conditionem ut
secundum rationem operetur. Quae quidem lex
fuit tam valida in primo statu
ut nihil vel praeter rationem vel contra ra-
tionem posset subripere homini. Sed dum
homo a Deo recessit incurrit in hoc
quod feretur secundum impetum sensualitatis feratur
Unicuique etiam particulariter hoc contin-
git quanto magis a ratione recessit
ut sic quodammodo bestiis assimiletur
quae sensualitatis impetu feruntur
secundum illud psalmi homo cum in honore esset
non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus
et similis factus est illis. Sic igitur
ipsa sensualitatis inclinatio quae fomes dicitur
in aliis quidem animalibus simpliciter

Habet rationem legis illo tamen
modo quo in talibus lex dici
potest per predictam inclinationem. In hominibus
autem secundum hoc non habet rationem legis
sed magis est deviatio a lege ra-
tionis. Sed inquantum per divinam iu-
stitiam homo destituitur originali
iustitia et vigore rationis ipse impe-
tus sensualitatis qui eum ducit habet
rationem legis, inquantum est penalis
et ex lege divina quia hominem
destituit propria dignitate. Ad primum ergo dicendum
quod ratio illa procedit de fomite secundum
se considerato prout inclinat
ad malum. Sic enim non habet rationem
legis ut dictum est, sed secundum quod consequitur
ex divine legis iustitia. Tanquam si
diceretur lex esse quod aliquis nobilis propter
culpam suam ad servilia opera in-
duci permitteretur. Ad secundum dicendum quod ratio
illa procedit de eo quod est lex quasi
regula et mensura. Sic enim devian-
tes a lege transgressores constituuntur.
Sic autem fomes non est lex sed
per quandam participationem ut supra dictum est.
Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de fomi-
te quantum ad inclinationem propriam non
autem quantum ad suam originem. Et
tamen si consideretur inclinatio sensualitatis
prout est in aliis animalibus sic ordinatur
ad bonum commune id est ad conservationem
nature in specie vel in individuo. Et hoc
etiam est in homine prout sensualitas
subditur rationi. Sed fomes dicitur
secundum quod exit ordinem rationis.

Deinde considerandum de effecti-
bus legis. Et circa hoc queruntur
duo. Primo utrum effectus legis sit
facere homines bonos. Secundo utrum effe-
ctus legis sint imperare, vetare, per-
mittere et punire sicut legisperitus
dicit.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod legis non
sit facere homines bonos. Homines enim
sunt boni per virtutem. Virtus enim est
que bonum facit habentem ut in 2 ethicorum.
Sed virtus est homini a solo deo. Ipse enim
facit eam in nobis sine nobis ut supra
in diffinitione virtutis dictum est. Ergo legis
non est facere homines bonos. Praeterea lex
non prodest homini nisi legi obediat.
Sed hoc ipsum quod homo obedit legi est ex
bonitate. Ergo bonitas preexigitur in
homine ad legem. Non igitur lex facit
homines bonos. Praeterea lex ordinatur
ad bonum commune ut supra dictum est.
Sed quidam bene se habent in hiis que
ad commune pertinent qui tamen in propriis
non bene se habent. Non ergo ad legem
pertinet quod faciat homines bonos.
Praeterea quedam leges sunt tyrannice
ut dicit philosophus in sua politica. Sed
tyrannus non intendit ad bonitatem
subditorum sed solum ad propriam utilitatem.
Non igitur legis est facere homines bonos.
Sed contra est quod dicit philosophus in 2o ethicorum
quod voluntas cuiuslibet legislatoris
hec est ut faciat homines bonos. Respondeo
dicendum quod sicut supra dictum est lex nichil
aliud est quam dictamen rationis in
presidente quo subditi gubernantur.
Cuiuslibet autem subditi virtus est ut bene
subdatur ei a quo gubernatur. Sicut
videmus quod virtus irascibilis et concupiscibilis
in hoc consistit quod sint bene obe-
dientes rationi. Et per hunc modum virtus
cuiuslibet subiecti est ut bene subiiciatur
principanti ut philosophus dicit in primo politicorum.
Ad hoc autem ordinatur unaquaeque lex
ut ei obediatur a subditis. Unde manifestum
est quod hoc sit proprium legis inducere
subiectos ad propriam ipsorum virtutem.
Cum igitur virtus sit que bonum facit habentem bonum
habentem sequitur quod proprius effectus legis

xvi

xcii

Sit bonos facere eos quibus datur vel simpliciter vel secundum quid. Si enim intentio ferentis legem tendat ad verum bonum quod est bonum commune secundum iustitiam divinam regulatum, sequitur quod per legem homines fiant boni simpliciter. Si vero intentio legislatoris feratur ad id quod non est bonum simpliciter sed utile vel delectabile sibi vel repugnans iustitie divine, tunc lex non facit bonos homines simpliciter sed secundum quid in ordine scilicet ad tale regimen. Sic autem bonum invenitur etiam in per se malis sicut aliquis dicitur bonus latro quia operatur accommode ad finem. Ad primum ergo dicendum quod duplex est virtus ut ex supradictis patet scilicet acquisita et infusa. Ad utramque autem aliquid operis assuetudo operatur sed diversimode nam virtutem quidem acquisitam causat, ad virtutem autem infusam disponit et eam iam habitam conservat et promovet. Et quia lex ad hoc datur ut dirigat actus humanos inquantum actus humani operantur ad virtutem, inquantum lex facit homines bonos. Unde et philosophus dicit in ii politice quod legislatores assuefacientes faciunt bonos. Ad secundum dicendum quod non semper aliquis obedit legi ex bonitate perfecta virtutis, sed quandoque quidem ex timore pene, quandoque ex solo dictamine rationis, quod est quoddam principium virtutis ut supra habitum est. Ad tertium dicendum quod bonitas cuiuslibet partis consideratur in proportione ad suum totum. Unde et Augustinus dicit in iii confessionum quod turpis est omnis pars que suo toti non congruit. Cum igitur quilibet homo sit pars civitatis impossibile est quod aliquis homo sit bonus nisi sit bene proportionatus bono communi, nec totum potest bene consistere nisi ex partibus sibi proportionatis. Unde impossibile est quod bonum commune civitatis bene se habeat nisi cives sint virtuosi, ad minus illi quibus convenit principari. Sufficit autem quantum ad bonum communitatis quod alii intantum sint virtuosi quod principum mandatis obediant. Et ideo philosophus dicit in iii politice quod eadem est virtus principis et boni viri, non autem eadem est virtus cuiuscumque civis et boni viri. Ad quartum dicendum quod lex tyrannica cum non sit secundum rationem non est simpliciter lex, sed magis est quedam perversitas legis. Et tamen inquantum aliquid habet de ratione legis intendit ad hoc quod cives sint boni. Non enim habet de ratione legis nisi secundum hoc quod est dictamen alicuius presidentis, et ad hoc intendit ut subditi legi sint bene obedientes quod est eos esse bonos non simpliciter sed in ordine ad tale regimen.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod legis actus non sint convenienter assignati in hoc quod dicitur quod legis actus est imperare, vetare, permittere et punire. Lex enim omnis preceptum commune est, ut legisconsultus dicit. Sed idem est imperare quod precipere. Ergo alia tria superfluunt. Praeterea effectus legis est ut inducat subditos ad bonum sicut supra dictum est. Sed consilium est de meliori bono quam preceptum. Ergo magis pertinet ad legem consulere quam precipere. Praeterea sicut homo aliquis incitatur ad bonum per penas ita etiam per premia. Ergo sicut punire ponitur effectus legis ita et premiare. Praeterea intentio legislatoris est ut homines faciat bonos ut supra dictum est. Sed ille qui solo metu penarum obedit legi non est bonus, nam timore servili obedit, qui est

assuetudo

[illegible]

assistere

hab
bon
[illegible]

timor pene et sic si boni aliquid faciat non tamen bene aliquid sit ut Aug. dicit. non ergo videtur esse proprium legis quod puniat. Sed contra est quod Isidorus dicit in 2° Ethi. omnis lex aut permittit aliquid, ut vir fortis premium petat, aut vetat ut sacrarum virginum nuptias nulli liceat facere petere, aut punit ut qui cedem fecerit capite plectatur.

Respondeo quod sicut enunciatio est rationis dictamen per modum enunciandi, ita et lex per modum precipiendi. rationis autem proprium est ut ex aliquo ad aliquid inducat. Unde sicut in demonstrativis scientiis ratio inducit ut assentiatur conclusioni per quedam principia, ita etiam inducit ut assentiatur legis precepto per aliquid. Precepta autem legis sunt de actibus humanis in quibus lex dirigit ut supra dictum est. Sunt autem tres differentie humanorum actuum, nam sicut supra dictum est quidam actus sunt boni ex genere qui sunt actus virtutum et respectu horum ponitur legis actus precipere vel imperare, precipit enim lex omnes actus virtutum ut dicitur in v° Ethi. quidam vero sunt actus mali ex genere sicut actus viciosi et respectu horum lex habet prohibere. quidam vero ex genere suo sunt actus indifferentes et respectu horum lex habet permittere et possunt etiam indifferentes dici omnes illi actus qui sunt vel parum boni vel parum mali. Illud autem per quod inducit lex ad hoc quod sibi obediatur est timor pene et quantum ad hoc ponitur legis effectus punire. Ad primum ergo dicendum quod sicut cessare a malo habet quandam rationem precepti [margin: habet quandam rationem boni ita et prohibitio habet quandam] et secundum hoc large accipiendo preceptum in

Unde lex precepta dicitur. Ad 2m dicendum quod consulere non est proprius actus legis sed potest pertinere etiam ad personam privatam cuius non est condere legem. Unde etiam Apostolus prima ad Cor. vii° cum consilium quoddam daret dixit ego dico non Dominus. et ideo non ponitur inter effectus legis. Ad 3m dicendum quod permittere etiam ad quemlibet pertinet. sed punire non pertinet nisi ad ministrum legis cuius auctoritate pena infertur et ideo permittere non ponitur actus legis sed solum punire. Ad 4m dicendum quod per hoc quod aliquis incipit assuescere ad vitandum mala et ad implendum bona propter metum pene perducitur quandoque ad hoc quod ex delectatione et propria voluntate hoc faciat et secundum hoc etiam puniendo perducit et ad hoc quod homines sint boni.

Deinde considerandum est de singulis legibus et primo de lege eterna. 2° de lege naturali. 3° de lege humana. 4° de lege veteri. 5° de lege nova que est lex evangelii. De sexta autem lege que est lex fomitis sufficiat quod dictum est cum de peccato originali ageretur. Circa primum queruntur sex. primo quid sit lex eterna. 2° utrum sit omnibus nota. 3° utrum omnis lex ab ea derivetur. 4° utrum necessaria subiciantur legi eterne. 5° utrum contingentia naturalia subiciantur legi eterne. 6° utrum omnes res humane ei subiciantur.

Ad primum sic proceditur videtur quod lex eterna non sit ratio summa in deo existens. lex enim eterna est una tantum. Sed rationes rerum in mente divina sunt plures. dicit enim Aug. in li° lxxxiii q°. quod deus singula fecit propriis rationibus. ergo lex eterna non videtur esse idem quod ratio in mente divina existens

Preterea de ratione legis est quod verbo promulgetur, ut supra dictum est. Sed verbum in divinis dicitur personaliter ut in primo habitum est. ratio autem dei essentialiter. non igitur idem est lex eterna quod ratio divina. Preterea Aug. dicit in li. de vera reli. apparet supra mentem nostram legem esse que veritas dicitur. lex autem supra mentem nostram existens est lex eterna. sed non est eadem ratio veritatis et rationis. ergo lex eterna non est idem quod ratio summa. Sed contra est quod dicit Aug. de li. arb. quod lex eterna est summa ratio cui semper obtemperandum est. Respondeo dicendum quod sicut in quolibet artifice preexistit ratio eorum que constituuntur per artem, ita etiam in quolibet gubernante oportet quod preexistat ratio ordinis eorum que agenda sunt per eos qui gubernationi subduntur. et sicut ratio rerum fiendarum per artem vocatur ars vel exemplar rerum artificiatarum, ita etiam ratio gubernantis actus subditorum rationem legis obtinet servatis aliis que supra esse diximus de ratione legis. Deus autem per sapientiam suam conditor est universarum rerum ad quas comparatur, sicut artifex ad artificiata, ut in primo habitum est. est et gubernator omnium actuum et motionum que inveniuntur in singulis creaturis ut etiam in primo habitum est. unde sicut ratio divine sapientie inquantum per eam cuncta sunt creata habet rationem artis vel exemplaris vel idee, ita ratio divine sapientie secundum quod est directiva omnium actuum et motionum habet rationem legis. Ad primum ergo dicendum quod Aug. loquitur ibi de rationibus ydealibus que respiciunt proprias naturas singularum rerum. et ideo in eis invenitur quedam distinctio et pluralitas secundum diversos respectus [illegible] ad res ut in primo habitum est.

Sed lex dicitur directiva actuum in ordine ad bonum commune ut supra dictum est. ea autem que sunt in se ipsis diversa considerantur ut unum secundum quod ordinantur ad aliquod commune. et ideo lex eterna est una que est ratio huius ordinis. Ad secundum dicendum quod circa verbum quodcumque duo possunt considerari, scilicet ipsum verbum et ea que verbo exprimuntur. Verbum enim vocale est quoddam ore hominis prolatum, sed hoc verbo exprimuntur que verbis humanis significantur. et eadem ratio est de verbo hominis mentali, quod nihil est aliud quam quoddam mente conceptum quo homo exprimit mentaliter ea de quibus cogitat. Sic igitur in divinis ipsum verbum, quod est conceptio paterni intellectus, personaliter dicitur. sed omnia quecumque sunt in scientia patris, sive essentialia sive personalia, sive etiam dei opera exprimuntur hoc verbo, ut patet per Aug. in xv de tri. et inter cetera que hoc verbo exprimuntur etiam ipsa lex eterna verbo ipso exprimitur. nec tamen propter hoc sequitur quod lex eterna personaliter in divinis dicatur. appropriatur tamen filio propter convenientiam quam habet ratio ad verbum. Ad tertium dicendum quod ratio divini intellectus aliter se habet ad res quam ratio intellectus humani. Intellectus enim humanus est mensuratus a rebus ut scilicet conceptus hominis non sit verus propter seipsum, sed dicitur verus ex hoc quod consonat rebus. ex hoc enim quod res est vel non est, opinio vera vel falsa est. Intellectus vero divinus est mensura rerum, quia unaquaeque res intantum habet de veritate inquantum imitatur intellectum divinum, ut in primo dictum est. et ideo intellectus divinus est verus secundum se. unde ratio eius est ipsa veritas.

habet rationem legis

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod lex eterna non sit omnibus nota quia ut dicit Apostolus prima ad Cor. 2do. que sunt dei nemo novit nisi spiritus dei. sed lex eterna est quedam ratio in mente divina existens ergo omnibus est ignota nisi soli deo. Preterea sicut dicit Aug. in li. de li. ar. lex eterna est qua iustum est ut omnia sint ordinatissima sed non omnes cognoscunt quomodo sint ordinatissima. non ergo omnes cognoscunt legem eternam. Preterea Aug. dicit de vera religione quod lex eterna est de qua homines iudicare non possunt. sed sicut in primo Eth. dicitur unusquisque bene iudicat que cognoscit. ergo lex eterna non est nobis nota. Sed contra est quod Aug. dicit in li. de li. ar. quod eterne legis notio nobis est impressa.

Respondeo dicendum quod dupliciter aliquid cognosci potest. uno modo in seipso. alio modo in suo effectu in quo aliqua similitudo eius invenitur sicut aliquis non videns solem in sua substantia cognoscit ipsum in irradiatione. sic ergo dicendum quod legem eternam nullus potest cognoscere secundum quod in se ipsa est nisi soli beati qui deum per essentiam vident. sed omnis creatura rationalis ipsam cognoscit secundum aliquam eius irradiationem vel maiorem vel minorem. omnis enim cognitio veritatis est quedam irradiatio et participatio legis eterne que est veritas incommutabilis ut Aug. dicit in li. de vera relig. veritatem autem omnes aliqualiter cognoscunt ad minus quantum ad principia communia legis naturalis. in aliis vero quidam plus et quidam minus participant de cognitione veritatis et secundum hoc etiam plus vel minus cognoscunt legem eternam. Ad primum ergo dicendum quod ea que sunt dei in seipsis quidem cognosci a nobis non possunt sed tamen in effectibus suis nobis manifestantur secundum illud Ro. 1. Invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Ad 2m dicendum quod legem eternam etsi unusquisque cognoscat pro sua capacitate secundum modum predictum nullus tamen eam comprehendere potest. non enim totaliter manifestari potest per suos effectus. et ideo non oportet quod quicumque cognoscit legem eternam secundum modum predictum cognoscat totum ordinem rerum quo omnia sunt ordinatissima. Ad 3m dicendum quod iudicare de aliquo potest intelligi dupliciter. Uno modo sicut vis cognitiva diiudicat de proprio obiecto secundum illud Job xii. Nonne auris verba diiudicat et fauces comedentis saporem. et secundum istum modum philosophus dicit quod unusquisque bene iudicat que cognoscit iudicando scilicet an sit verum quod proponitur. Alio modo secundum quod superior iudicat de inferiori quodam practico iudicio an scilicet ita debeat esse vel non ita. et sic nullus potest iudicare de lege eterna.

Ad 3m sic proceditur. Videtur quod non omnis lex a lege eterna derivetur. est enim quedam lex fomitis ut supra dictum est. ipsa autem non derivatur a lege divina que est lex eterna. Ad ipsam enim pertinet prudentia carnis de qua Apostolus dicit ad Ro. viii quod legi dei non potest esse subiecta. ergo non omnis lex procedit a lege eterna. Preterea a lege eterna nihil iniquum procedere potest. quia sicut dictum est lex eterna est secundum quam iustum est ut omnia sint ordinatissima. sed quedam leges sunt inique secundum illud Ys. x. Ve qui condunt leges iniquas. ergo non omnis lex procedit a lege eterna. Preterea Aug. dicit in li. de li. ar. quod lex que

Populo regendo scribitur recte multa
permittit que per divinam providentiam
iudicantur. Sed ratio divine providentie est
lex eterna ut dictum est, ergo non omnis
lex procedit a lege eterna. Contra quod est quod
proverbiorum 8 dicitur: divina sapientia dicit
per me reges regnant et legum conditores
iusta decernunt; ratio autem divine sapientie
est lex eterna ut supra dictum est, ergo omnes
leges a lege eterna procedunt. Respondeo dicendum
quod sicut supra dictum est, lex importat quandam
rationem directivam actuum ad finem. In
omnibus autem moventibus ordinatis oportet quod
virtus secundi moventis derivetur a virtute moventis
primi, quia movens secundum non movet
nisi inquantum movetur a primo. Unde et in omnibus
gubernantibus idem videmus quod ratio guber-
nationis a primo gubernante ad secundos derivatur,
sicut ratio eorum que sunt agenda
in civitate derivatur a rege per preceptum
in inferiores administratores. Et in
artificialibus etiam ratio actuum artificia-
lium derivatur ab architectore ad inferiores
artifices qui manu operantur.
Cum ergo lex eterna sit ratio gubernationis
in supremo gubernante, necesse est quod
omnes rationes gubernationis que sunt in
inferioribus gubernantibus a lege
eterna derivetur. Huiusmodi autem rationes inferiorum
gubernantium sunt quecumque alie leges
preter legem eternam. Unde omnes leges
inquantum participant de ratione recta in-
tantum leges derivantur a lege eterna.
Et propter hoc Augustinus dicit in primo de libero arbitrio
quod in temporali lege nihil est iustum
ac legitimum quod non ex eterna lege
sibi homines derivaverunt. Ad primum
ergo dicendum quod fomes habet rationem legis in
homine inquantum est pena quedam divine
iustitie, et secundum hoc manifestum est quod
divina a lege eterna derivatur. Inquantum vero
inclinat ad peccatum sic contraria legi di-

Et non habet rationem legis ut ex sup-
radictis patet. Ad secundum dicendum quod lex humana
inquantum habet rationem legis inquantum
est secundum rationem rectam, et secundum hoc
manifestum est quod a lege eterna derivatur.
Inquantum vero a ratione recedit sic dicitur
lex iniqua, et sic non habet rationem legis
sed magis violentie cuiusdam. Et tamen
in ipsa lege iniqua inquantum servatur aliquid de
similitudine legis propter ordinem potestatis
eius qui legem fert, secundum hoc derivatur
a lege eterna; omnis enim potestas a domino
deo est ut dicitur Romanos xiii. Ad tertium dicendum
quod lex humana dicitur aliqua permittere
non quasi ea approbans, sed quasi ea dirigere
non potens. Multa autem diriguntur
lege divina que dirigi non possunt a
lege humana; plura enim subduntur
superiori cause quam inferiori. Unde
hoc ipsum quod lex humana non se intro-
mittit de his que dirigere non potest
ex ordine legis eterne provenit.
Secus autem esset si approbaret ea que
lex eterna reprobat. Unde ex hoc
non habetur quod lex humana non derivetur
a lege eterna, sed quod non perfecte eam
assequi possit.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod necessaria
et eterna subiciantur legi eterne.
Omne enim rationale rationi subditur.
Sed lex eterna est ratio divina, ergo vo-
luntas dei subditur legi eterne.
Voluntas autem dei est aliquod eternum,
ergo etiam eterna et necessaria legi
eterne subduntur. Praeterea quicquid
subicitur regi, subicitur legi regis.
Filius autem ut dicitur prima ad Corinthios
xv subiectus erit deo et patri cum
tradiderit ei regnum. Ergo filius qui
est eternus subicitur legi eterne. Praeterea
lex eterna est ratio divine providentie.
Sed multa necessaria subduntur divine

Providentie sicut necessaria prima
necessaria scilicet corpora incorruptibilium et cor
poralium celestium ergo legi eterne
subduntur etiam necessaria. Sed quod est
que sunt necessaria impossibile est se
aliter habere unde cohibitione non
indigent sed imponitur hominibus lex
ut cohibeantur a malis ut dicitur
decretis patet ergo ea que sunt necessaria legi
non subduntur. Respondeo dicendum quod sicut supra
dictum est lex eterna est ratio divine
gubernationis quecumque igitur divine gu
bernationi subduntur subiciuntur et legi
eterne que vero gubernationi eterne
non subduntur neque legi eterne subdu
ntur. Horum autem distinctio attendi potest ex
his que circa nos sunt. Humane enim
gubernationi subduntur ea que per
homines fieri possunt que vero ad naturam
hominis pertinent non subduntur guberna
tioni humane scilicet quod homo habeat animam vel manus
vel pedes. Sic igitur legi eterne subduntur
omnia que sunt in rebus a deo creatis
sive sint contingentia sive necessaria
ea vero que pertinent ad naturam vel essentiam
dimaz non legi eterne subduntur sed sunt realiter
ipsa lex eterna. Ad primum ergo dicendum
quod de voluntate dei dupliciter possumus
loqui uno modo quantum ad ipsam volun
tatem et sic voluntas dei sit ipsa eius
essentia non subditur gubernationi divine
neque legi eterne sed est idem quod lex
eterna. Alio modo possumus loqui de volunta
te divina quantum ad ipsa que deus vult
circa creaturas que quidem subiecta sunt
legi eterne inquantum horum ratio est
in divina sapientia et ratione horum
voluntas dei rationalis dicitur alioquin
ratione sui ipsius magis dicenda est
ipsa ratio. Ad secundum dicendum quod filius dei
non est a deo factus sed naturaliter ab
ipso genitus et ideo non subditur divine
providentie aut legi eterne sed magis
ipse est lex eterna per quandam appropria
tionem ut patet per Augustinum in de vera religione
Dicitur autem esse subiectus patri
ratione humane nature secundum quam pater etiam
dicitur esse maior filio. Tertium concedimus
quia procedit de necessariis creatis. Ad quartum
dicendum quod sicut philosophus dicit in quinto metaphysice
quedam necessaria habent causam sue necessita
tis et sic hoc ipsum quod impossibile est aliter
esse habent ab alio et hoc ipsum est
cohibitio quedam efficacissima nam
quecumque cohibentur in tantum cohiberi
dicuntur inquantum non possunt aliter facere
quam de eis disponatur.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod naturalia con
tingentia non subsunt legi eterne.
Promulgatio enim est de ratione legis est
ut supra habitum est sed promulgatio
non potest fieri nisi ad creaturas rationales
quibus potest aliquid denuntiari ergo
sole creature rationales subsunt legi eterne
non ergo naturalia contingentia. Preterea ea que
obediunt rationi participant aliqualiter ratione
ut dicitur in primo ethicorum lex autem eterna est
ratio summa ut supra dictum est cum igitur
naturalia contingentia non participent aliqualiter
ratione sed sunt penitus irrationalia
videtur quod non subsunt legi eterne. Preterea
lex eterna est efficacissima sed in naturalibus
accidunt defectus non ergo subsunt legi
eterne. Sed contra est quod dicitur proverbiorum 8 cum
circumdabit mari terminum suum
et legem dabat aquis ne transirent
fines suos. Respondeo dicendum quod aliter
est de lege hominis et aliter de lege
eterna que est lex dei. Lex enim
hominis non se extendit nisi ad creaturas

Racionales que homini subiciuntur
cuius racio est quia lex est dire
ctiua actuum qui conueniunt subiectis
homini gubernanti aliquis unde nullus proprie
loquendo legem suis actibus imponit
quecumque autem aguntur circa vsum
rerum irracionabilium homini subiectarum
aguntur per actum ipsius hominis mo
uentis res Nam huiusmodi irracionales
create non agunt se ipsa sed ab
aliis aguntur ut supra habitum est
Et ideo rebus irracionabilibus homo legem
imponere non potest quantumcumque ei sub
iciantur rebus autem racionabilibus sibi
subiectis potest imponere legem inquantum
suo precepto vel denunciacione quacumque
imprimit menti eius quandam regulam
que est principium agendi sicut autem homo
imprimit denunciando quoddam
interius principium actuum homini sibi
subiecto ita eciam deus imprimit toti
nature principium propriorum actuum et
ideo per hunc modum dicitur deus precipere
toti nature secundum illud psalmi preceptum posuit
et non preteribit Et per hanc eciam
racionem omnes motus et acciones tocius
nature legi eterne subduntur unde
alio modo create irracionales subduntur
legi eterne inquantum mouentur a diuina pro
uidencia non autem per intellectum diuini
precepti sicut create racionales
Ad primum ergo dicendum quod hoc modo se habet
impressio principii actiui intrinseci
quantum ad res naturales sicut se habet
promulgacio legis quantum ad homines quia per
legis promulgacionem imprimitur hominibus
principium directiuum humanorum actuum
ut dictum est Ad secundum dicendum quod create
irracionales non participant racione humana
nec ei obediunt participant tamen
per modum obediencie racione diuina
Ad plus enim se extendit virtus
racionis diuine quam virtus racionis humane
Et sicut membra corporis humani
mouentur ad imperium racionis non tamen
participant racione quia non habent
aliquam apprehensionem ordinatam
ad racionem ita eciam create
irracionales mouentur a deo nec tamen
propter hoc sunt racionales Ad tercium
dicendum quod defectus qui accidunt
in rebus naturalibus quamuis sint preter
ordinem causarum particularium
non tamen sunt preter ordinem causarum
vniuersalium et precipue cause prime que deus
est cuius prouidenciam nihil subter
fugere potest ut in primo dictum est et
quia lex eterna est racio diuine pro
uidencie ut dictum est defectus
rerum naturalium legi eterne subiciuntur

Ad vi sic proceditur videtur quod non omnes
res humane subiciantur legi eterne
Dicit enim apostolus ad Galatas v si spiritu
ducimini non estis sub lege sed viri
iusti qui sunt filii dei per adopcionem
spiritu dei aguntur secundum illud Ro viii
qui spiritu dei aguntur hii filii
dei sunt ergo non omnes homines sunt
sub lege eterna Praeterea apostolus dicit
Ro viii prudencia carnis inimica
est deo legi enim dei subiecta non
est sed multi homines sunt in quibus
prudencia carnis dominatur ergo legi
eterne que est lex dei non subiciuntur
omnes homines Praeterea Augustinus dicit
in primo de libero arbitrio quod lex eterna est
qua mali miseriam boni beatam vitam
merentur sed homines iam beati vel iam
dampnati non sunt in statu merendi
ergo non subsunt legi eterne

Laaaa

Sed h est q Aug^s dt xix de ci dei nullis legibus ad summi creatoris ordinatoem q subtrahi aquo pax vniversitatis ministrat. Ro. dd q dux est mod quo ad subdi legi eterne vt ex supradictis pt. vno mo in quam participa lex eta p modum cognitionis. alio p modum actionis et passionis in quam participat per modum motiui inte rioris principii. et hoc 2o subdi legi eterne irronales creature vt dictum est. s quia ronalis na tu eo q est roe omnibus creaturis hic ad sibi proprium in quam e ro nalis ideo s. vtroque mod legi eterne subdit. quia et notom legis eterne aliquo hic vt s dictum est et item vnicuique roli creature inest nalis inclinaro ad id qd est consonum legi eterne. sumus enim innati ad hendum virtutes vt in 2o ethi. vterque tn modus imperfectus quide est et quodam corruptus in malis in quibus et inclinatio nalis ad virtutem deprana per habitum viciosum. et item ipa nalis cognitio boni in eis obtene bra passionibus et habitibus pctorum in bonis at vterque mod inuenit pfectior. quia et s cognitio nalem boni superaddi eis cognitio fidei et sapie et sup nalem inclinarom ad bonum superaddi eis interius mo tiui gre et virtutis. sic go boni pfecte subsunt legi eterne tamque s3 eam agentes. mali aut subsunt quide legi eterne imperfecte quantum ad actiones ipsorum pnt imperfecte cognoscunt et imperfecte incli nantur ad bonum. s quantum deficit ex parte actionis supple ex parte passionis pnt. s inquantum paciunt qd lex eterna dictat de eis in quantum deficiunt facere dictat qd legi eterne congruit. vnde Aug^s dt in p^o de li ar. iustos sub lege eterna agere existimo. Et in libro de catezizandis rudibus dt q deus ex iusta miseria animarum se deseren tium conuenientissimis legibus instru res partes sue creature nouit ornare. Ad 2m go dicendum q id verbum apli pt intelligi dupliciter vno mo ut esse sub lege intelligatur ille qui volens obligacioni legis subdit pt tamquam pondere. vnde glo ibid dt. q sub lege est qui timore supplicii q lex minat non amore iusticie amalo ope abstinet et hoc mo viri spuales non sunt sub lege q p caritatem qd spiritus sanctus cordibus eorum infundit volunta te id qd legis est implet. Alio pt intelligi in quantum hominis opa qui spiritus sancti agit magis dicuntur esse opera spiritus sancti quam ipius hois. vnde cum spiritus sanctus non sit sub lege sicut nec filius ut sup dictum est. sic q huiusmodi opa in quantum sunt spiritus sancti non sunt sub lege. Et huic attestatur qd dt Aplus 2 cor 3° vbi spus dni ibi libertas. Ad 3m dd q prudentia carnis non pt subici legi dei ex parte actionis q inclinat ad actionem contrarias legi dei. subicitur tn legi dei ex parte passionis. q meret pati penam s legem diuine iusticie. Nichilominus

tame in nullo homine ita pdeu[n]tur
tarius dnat' qd totu bonu ne
corrupa' et ideo remanet incli
natio in hoie ad agend ea que
sunt legis etne habitu e em s
qd pctm no tollit tot'm bo'm ne
Ad 3. dd qd hoc est qd aliquid
consua' in fine per qd mo ad
fine sicut corp' que ?iu' quiescit
in loco infior? pquam etiam ad locu
ppriu mo et sic dd est qd sicut s
legem eterz aliqui inveniut btitz
vel miseriz ita p eand legem
in btitu vl miseria psuat' et
s hc bti et dapnati subsit legi
etne ut dctu est

Deinde considerand de lege nali
Et circa hoc querunt' sex 1o quid
sit lex nalis 2o que sint prep
legis nalis 3o utrum omis actus
utum sint de lege nali 4o utrum
lex nalis sit una apud oes 5o
utrum sit immutabilis 6 utrum
possit a mente hois deleri

Ad primum sic procedi' vr qd lex nlis
sit habitus quia ut p' in 2o
ethi tria sunt in aia potia habitus
et passio s nalis lex no est aliq
potentiaz aie nec aliqua passionum
ut enumerando per singula go
lex nalis est habitus pp basilius
dt qd psnia sive sinderesis e lex
intellectus nri qd no pt intellige
nisi de lege nali s sinderesis est habitus
quida ut in po habitum est go
lex nalis est habitus pp lex na
lis sp in hoie manet ut supra dict

sed no semp ro hois ad quam
lex ptinet cogitat de lege nali
go lex nalis est habitus s no actus
Sed qd est qd Augs dt in lio
de coniugali bono qd habitus e quo
ad agit cu opus est s lex nalis
no est huius habitus est em in
pmulis et dampnatis qui p
earz agere no pnt go lex nalis
no est habitus Rndeo dd est ad
pt dici habitus dur' Vno pprie
et essenr' et sic lex nalis no e
habitus dctu est em sup qd lex
nalis est ad prom constitut
sicut etiam ppo est quodda opus
ronis no est at idem qd aliquis
agit et quo quis agit ats em
p habitum gruatice agit oronem
congruam cu e' habitus sit quo
ab agit no pt esse qd lex ali
sit habitus pprie et essenr Alio mo
pt dici habitus id qd habitu tenet
sicut dr fides id qd fide tenet
et hoc mo quia prepta legis
nalis quq considerantur in actu actu
ratione quq at sunt in ea ha
bituali tm s hunc mod pt
dici qd lex nalis sit habitus
sicut etiam pria indemonstrabilia
in speculatiuis no sunt ipi habitus prin
piorz s sunt pria quorum habitus
est Ad 1. go dd qd pt ibi
intendit investigare gen' v'te
qd utz sit quoddam pum actus
illa sunt po' que sunt pu hua
norz actuum s pos habitus et
passio pter at h tria
sunt quedaz alia in aia sicut
actus quedaz ut velle e i vo te

Et que requisita sunt in respectu
et proprietates naturales anime insunt ei
ut immortalitas et alia huiusmodi.
Ad 2m dicendum quod synderesis dicitur lex intellectus
nostri inquantum est habitus continens pre-
cepta legis naturalis que sunt prima
principia operum humanorum. Ad 3m
dicendum quod ratio illa concludit quod lex naturalis
habitualiter tenetur et hoc concedimus. Ad id
vero quod in contrarium obicitur dicendum quod eo quod
habitualiter inest quis aliquando uti non
potest propter aliquod impedimentum sicut
homo non potest uti habitu scientie propter
sompnum et similiter puer non potest uti
habitu intellectus principiorum vel etiam
lege naturali que ei naturaliter inest propter
defectum etatis.

Ad 2m sic proceditur. Videtur quod lex naturalis non
contineat plura precepta sed unum
tantum. lex enim continetur in genere precepti
ut supra habitum est. Si igitur essent mul-
ta precepta legis naturalis sequeretur
etiam quod essent multe leges naturales.
Preterea lex naturalis consequitur hominis naturam
sed humana natura est una secundum totum
licet sit triplex secundum partes. aut igitur
est unum preceptum tantum legis nature
propter unitatem totius. aut sunt
multa propter multitudinem partium humane
nature. et oportebit etiam ea que
sunt de inclinatione concupiscibilis ad
legem pertinere naturalem. Preterea lex
est aliquid ad rationem pertinens ut supra
dictum est. sed ratio in homine est una
tantum. ergo solum unum preceptum est
legis naturalis. Sed contra est quia sicut
se habent precepta legis naturalis in
homine quantum ad operabilia sic se

habent prima principia in demonstrativis.
sed prima principia indemonstrabilia sunt plura.
ergo et precepta legis nature sunt plura.
Respondeo dicendum quod sicut supra dictum est
precepta legis nature hoc modo se habent
ad rationem practicam sicut prima principia
in demonstrationibus se habent ad rationem
speculativam. utraque enim sunt prima per se
nota. Dicitur autem aliquid per se notum dupliciter.
uno modo secundum se. alio modo quoad nos.
secundum se quidem quelibet propositio dicitur per se
nota cuius predicatum est de ratione subiecti.
contingit autem quod ignoranti diffinitionem
subiecti talis propositio non est per se nota.
sicut ista propositio homo est rationale per se
nota est secundum suam naturam quia qui
dicit hominem dicit rationale. et ignoranti
quid sit homo hec propositio non est per se
nota. et inde est sicut Boecius
dicit in libro de ebdomadibus quedam
sunt dignitates vel propositiones per se note
communiter omnibus. et huiusmodi sunt ille
propositiones quarum termini sunt omnibus
noti. ut omne totum
est maius sua parte. et que uni
et eidem sunt equalia sibi invicem
sunt equalia. quedam vero propositiones
sunt per se note solum sapientibus
qui terminos propositionum intelligunt
quid significent. sicut intelligenti
quod angelus non est corpus per se notum
est quod non est circumscriptive in loco
quod non est manifestum rudibus qui
hoc non capiunt. In hiis autem que
in apprehensione omnium cadunt quidam
ordo invenitur. nam illud quod primo
cadit in apprehensione est ens
cuius intellectus includitur in omnibus

quecumque quis apprehendit. Et ideo
primum principium in demonstrabilibus est quod
non est simul affirmare et negare,
quod fundatur super rationem entis et
non entis, et super hoc principio omnia
alia fundantur ut in 4 metaph(ysice).
Sicut autem ens est primum quod cadit
in apprehensione simpliciter, ita bonum
est primum quod cadit in apprehensione
rationis practice que ordinatur ad opus.
Omne enim agens agit propter finem qui
habet rationem boni. Et ideo primum principium
in ratione practica est quod fundatur
super rationem boni quod est bonum hoc
est quod omnia bonum appetunt. Hoc est
ergo primum preceptum legis quod bonum est
faciendum et prosequendum et malum
vitandum, et super hoc fundantur
omnia alia precepta legis nature,
ut scilicet omnia illa facienda et
vitanda pertineant ad precepta legis
nature que ratio practica naturaliter apprehendit
esse bona humana. Quia vero bonum
habet rationem finis, malum autem rationem
contrarii, inde est quod omnia illa ad
que homo habet naturalem inclinationem
naturaliter apprehendit ut bonum vel bona
et per consequens ut opere prosequenda
et contraria eorum ut mala et vitanda.
Secundum igitur ordinem inclinationum
naturalium est ordo preceptorum legis
nature. Inest enim primo homini inclinatio
ad bonum secundum naturam in qua communicat
cum omnibus substantiis prout scilicet quelibet
substantia appetit conservationem sui esse
secundum suam naturam. Et secundum hanc inclinationem
pertinet ad legem naturalem ea per
que vita hominis conservatur et
contrarium impeditur. Secundo inest homini
inclinatio ad alia magis spe-
cialia secundum naturam in qua communicat
cum ceteris animalibus. Et secundum hoc dicuntur
ea esse de lege naturali que natura
omnia animalia docuit, ut est coniunctio
maris et femine et educatio liberorum
et consimilia. Tertio inest homini incli-
natio ad bonum secundum naturam rationis que
est sibi propria, sicut homo habet naturalem
inclinationem ad hoc quod veritatem
cognoscat de deo et ad hoc quod
in societate vivat. Et secundum hoc ad legem societatis
naturalem pertinent que ad huiusmodi in-
clinationem pertinent, utpote quod homo
ignorantiam vitet, quod alios non offendat alios
offendat cum quibus debet conversari
et cetera huiusmodi que ad hoc spectant.
Ad primum ergo dicendum quod omnia ista pre-
cepta legis nature inquantum referuntur
ad unum primum preceptum habent rationem
unius legis naturalis. Ad secundum dicendum
quod omnes inclinationes quarumcumque
partium humane nature, puta concupiscibilis et irascibilis,
secundum quod regulantur ratione pertinent
ad legem naturalem et reducuntur
ad unum primum preceptum ut dictum
est. Et sic sunt multa precepta
legis nature in seipsis que tamen
communicant in una radice. Ad tertium
dicendum quod ratio etsi in se una sit,
tamen est ordinativa omnium que ad homines
spectant. Et secundum hoc sub lege
rationis continentur omnia ea que
ratione regulari possunt.

Ad 3m sic proceditur. Videtur quod non omnes

actus virtutis sint de lege nature. Ut dictum est supra de ratione legis est ut ordinet ad bonum commune. Sed quidam virtutum actus ordinantur ad bonum privatum alicuius utputa precipue in actibus temperantie. Non ergo omnes actus virtutum legi subduntur naturali. Praeterea omnia peccata aliquibus virtuosis actibus opponuntur. si igitur omnes actus virtutum sunt de lege nature videtur consequi quod omnia peccata sint contra naturam quod tamen dicitur specialiter de quibusdam peccatis. Praeterea in hiis que sunt secundum naturam omnes conveniunt. Sed in actibus virtutum non omnes conveniunt. Aliquid enim est virtuosum uni quod est alteri vitiosum. ergo non omnes actus virtutum sunt de lege nature. Sed contra est quod Damascenus dicit in 3 libro quod virtutes sunt naturales. ergo et actus virtutum subiacent legi nature. Respondeo dicendum est quod de actibus virtuosis dupliciter possumus loqui. Uno modo inquantum sunt virtuosi. Alio modo inquantum sunt actus in propriis speciebus considerati. Si igitur loquamur de actibus virtutum inquantum sunt virtuosi sic omnes actus virtuosi pertinent ad legem nature. Dictum est enim quod ad legem nature pertinet omne illud ad quod inclinatur homo secundum suam naturam. Inclinatur autem unumquodque naturaliter ad operationem sibi convenientem secundum suam formam. sicut ignis ad calefaciendum. Unde cum anima rationalis sit propria forma hominis naturalis inclinatio inest

cuilibet homini ad hoc quod agat secundum rationem. et hoc est agere secundum virtutem. Unde secundum hoc omnes actus virtutum sunt de lege naturali. Dictat enim hoc naturaliter unicuique propria ratio ut virtuose agat. Sed si loquamur de actibus virtuosis secundum seipsos prout scilicet in propriis speciebus considerantur sic non sunt omnes actus virtutum de lege nature. multa enim secundum virtutem fiunt ad que natura non primo inclinat sed per rationis inquisitionem ea homines invenerunt quasi utilia ad bene vivendum. Ad primum ergo dicendum quod temperantia est circa concupiscentias naturales cibi et potus et venereorum que quidem ordinantur ad bonum commune nature. sicut et alia legalia ordinantur ad bonum commune morale. Ad secundum dicendum quod natura hominis potest dici vel illa que est propria homini. et secundum hoc omnia peccata inquantum sunt contra rationem sunt etiam contra naturam ut patet per Damascenum in 3 libro. vel illa que communis est homini et aliis animalibus. et secundum hoc quedam specialia peccata dicuntur esse contra naturam sicut contra commixtionem maris et femine que est naturalis omnibus animalibus est naturalis omnibus concubitus masculorum. quod specialiter dicitur contra naturam. Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de actibus secundum seipsos consideratis. Sic enim propter diversas hominum conditiones contingit quod aliqui actus sunt aliquibus virtuosi tamquam eis proportionati et convenientes qui tamen sunt aliis vitiosi tamquam eis non proportionati.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod lex naturalis non sit una apud omnes. Dicitur enim in decretis di. 1 quod ius naturale est quod in lege et in evangelio continetur. Sed hoc non est commune omnibus quia ut dicitur Ro. 10 non omnes obediunt evangelio. Ergo lex naturalis non est una apud omnes. Praeterea ea que sunt secundum legem iusta esse dicuntur ut in 5 Ethicorum. Sed in eodem libro dicitur quod nihil est ita iustum apud omnes quin apud aliquos diversificetur. Ergo et lex etiam naturalis non est eadem apud omnes. Praeterea ad legem naturae pertinet id ad quod homo secundum suam naturam inclinatur ut supra dictum est. Sed diversi homines naturaliter ad diversa inclinantur, alii quidem ad concupiscentiam voluptatum, alii ad desiderium honorum, alii ad alia. Ergo non est una lex naturalis apud omnes. Sed contra est quod Isidorus dicit in libro Ethi.: ius naturale commune est omnium nationum. Respondeo dicendum quod sicut supra dictum est ad legem naturae pertinent ea ad quae homo naturaliter inclinatur, inter quae homini proprium est ut inclinetur ad agendum secundum rationem. Ad rationem autem pertinet ex communibus ad propria procedere ut patet ex 1 Physicorum. Aliter tamen circa hoc se habet ratio speculativa et aliter ratio practica. Quia enim ratio speculativa praecipue negociatur circa necessaria quae impossibile est aliter se habere, absque aliquo defectu invenitur veritas in propriis conclusionibus sicut et in principiis communibus. Sed ratio practica negociatur circa contingentia in quibus sunt operationes humanae, et ideo si in communibus sit aliqua necessitas, quanto magis ad propria descenditur tanto magis invenitur defectus. Sic igitur in speculativis est eadem veritas apud omnes tam in principiis quam in conclusionibus, licet veritas non apud omnes cognoscatur in conclusionibus sed solum in principiis quae dicuntur communes conceptiones. In operativis autem non est eadem veritas vel rectitudo practica apud omnes quantum ad propria sed solum quantum ad communia; et apud illos apud quos est eadem rectitudo in propriis non est aequaliter omnibus nota. Sic igitur patet quod quantum ad communia principia rationis sive speculativae sive practicae est eadem rectitudo sive veritas apud omnes et aequaliter nota. Quantum vero ad proprias conclusiones rationis speculativae est eadem veritas apud omnes, non tamen aequaliter omnibus nota; apud omnes enim verum est quod triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis, quamvis hoc non sit omnibus notum. Sed quantum ad proprias conclusiones rationis practicae nec est eadem veritas seu rectitudo apud omnes, nec etiam apud quos est eadem aequaliter nota. Apud omnes enim hoc rectum est et verum ut secundum rationem agatur. Ex hoc autem principio sequitur quasi conclusio propria quod deposita sint reddenda. Et hoc quidem ut

ut in pluribus

in pluribus verum est. sed potest in aliquo casu contingere quod sit dampnosum [marg.: damnosum] et per consequens irrationabile si deposita reddantur puta si aliquis petat ad impugnandam patriam. et hoc tanto magis invenitur deficere quanto magis ad particularia descenditur. puta si dicatur quod deposita sunt reddenda cum tali cautione vel tali modo. quanto enim plures conditiones particulares apponuntur tanto pluribus modis poterit deficere ut non sit rectum vel in reddendo vel in non reddendo. Sic igitur dicendum est quod lex nature quantum ad prima principia communia est eadem apud omnes. et secundum rectitudinem. et secundum notitiam. sed quantum ad quedam propria que sunt quasi conclusiones principiorum communium [marg.: principiorum] est eadem apud omnes ut in pluribus et secundum rectitudinem. et secundum notitiam. sed ut in paucioribus potest deficere quantum ad rectitudinem propter aliqua particularia impedimenta. sicut et nature generabiles et corruptibiles deficiunt ut in paucioribus propter impedimenta. et etiam quantum ad notitiam. et hoc propter hoc quod aliqui habent depravatam rationem ex passione seu ex mala consuetudine seu ex mala habitudine nature. sicut apud germanos olim latrocinium non reputabatur iniquum. cum tamen sit contra legem

[marg.: Apud germanos olim latrocinium non reputabatur iniquum]

nature ut refert Iulius cesar in libro de bello gallico. Ad primum ergo dicendum quod verbum illud non est sic intelligendum quasi omnia que in lege et in evangelio continentur sint de lege nature cum multa tradantur ibi supra naturam [marg.: nam]. sed quia ea que sunt de lege nature plenarie ibi traduntur. Unde cum dixisset Gratianus quod ius naturale est quod in lege et in evangelio continetur statim exemplificando subiunxit. quo quisque iubetur alii facere quod sibi vult fieri. Ad secundum dicendum quod verbum philosophi intelligendum est de hiis que sunt naturaliter iusta non sicut principia communia. sed sicut quedam conclusiones [marg.: derivate] de hiis derivate que ut in pluribus rectitudinem habent et in paucioribus deficiunt. Ad tertium dicendum quod sicut ratio in homine dominatur et imperat aliis potentiis ita oportet quod omnes inclinationes naturales ad alias potentias pertinentes ordinentur secundum rationem. Unde hoc est apud omnes communiter rectum ut secundum rationem dirigantur omnes hominum inclinationes.

Ad quintum sic proceditur. videtur quod lex nature mutari possit quia super illud Ecclesiastici xvii addidit eis disciplinam et legem vite dicit glossa legem litterae quantum ad correctionem legis naturalis scribi voluit. sed id quod corrigitur mutatur. ergo lex naturalis potest mutari. Preterea contra legem naturalem est occisio innocentis et etiam adulterium et furtum. sed ista inveniuntur esse mutata a deo puta cum deus precepit abrahe quod occideret

filium innocentem vt habetur
Gen. xxij°. Item precepit
iudeis ut mutuo commodata egiptiorum
vasa subriperent vt habetur
Exodi xij°. Et tercio precepit
vt vxorem Osee fornicariam accipere vt
habetur Osee p°. Ergo lex naturalis
mutari potest. ¶ Preterea ysidorus
dicit in li. Ethimologiarum quod communis
possessio omnium possessio et vna libertas
est de iure naturali, sed hec videmus
esse mutata per leges hu
manas. Ergo videtur quod lex
naturalis mutabilis sit. ¶ Sed
contra est quod dicitur in decretis. Ius
naturale est ab exordio rationalis
creature nec variatur tempore, sed
immutabile permanet. ¶ Respondeo dicendum
quod lex naturalis potest mutari du
pliciter. Uno modo per hoc quod aliquid
ei addatur, et sic nichil prohibet
legem naturalem mutari. Multa
enim super legem naturalem posita
sunt vel superaddita ad hu
manam vitam utilia tam per
legem diuinam quam etiam per
leges humanas. Alio modo intelligitur
mutacio legis naturalis per
modum subtractionis ut scilicet
aliquid ~~desinat~~ desinat vel incipi
at esse de lege naturali quod
prius fuit contra legem naturalem.
Et quantum ad prima principia legis
nature est omnino immutabilis.
Quantum autem ad secunda precepta
que diximus esse quasi quasdam
conclusiones ~~conclusiones~~ proprias propinquas p
rimis principiis, sic lex naturalis
non immutatur quin ut in pluribus
rectum sit semper quod lex naturalis
habet. Potest tamen immutari in aliquo
particulari et in paucioribus
propter aliquas speciales causas impe
dientes obseruanciam talium

preceptorum vt supra dictum est. ¶ Ad
primum ergo dicendum quod lex scrip
ta dicitur esse data ad correc
tionem legis nature vel quia per
legem scriptam suppletum
est quod legi nature deerat vel
quia lex nature in aliquorum
cordibus quantum ad aliqua
corrupta erat intantum ut esti
marent esse bona que naturaliter
sunt mala, et talis corruptio
correctione indigebat. ¶ Ad se
cundum dicendum quod naturali morte mo
dis. v riuntur omnes communiter tam
nocentes quam innocentes. Que
quidem mors naturalis diuina
potestate inducitur propter peccatum
originale secundum illud i° Re. ii°
Dominus mortificat et viui
ficat. Et ideo absque aliqua
iniusticia secundum mandatum dei
potest infligi mors cuicumque
homini vel nocenti vel inno
centi. Similiter etiam adulte
rium est concubitus cum vxore
aliena que quidem est ei de
putata secundum legem diuinitus
traditam. ¶ Unde ad quam
cumque mulierem aliquis acce
dat ex mandato diuino non
est adulterium nec fornicatio.
Et eadem ratio est de furto
quod est acceptio rei alicuius
quidquid enim accipit aliquis ex
mandato dei qui est dominus
vniuersorum non accipit absque
voluntate domini quod est furari
nec solum in rebus huma
nis quidquid mandatur a deo hoc
ipso est debitum sed etiam
rebus naturalibus quidquid a deo
fit est quodammodo naturale
ut in primo dictum est. ¶ Ad tertium
dicendum quod aliquid dicitur esse

de iure n(atur)ali dupli(citer) p(ri)mo
quia ad h(oc) n(atur)a inclinat
sicut no(n) est esse iniuria(m)
alt(er)i faciendu(m) · Alio(modo) q(uia)
n(atur)a no(n) induxit (contrariu)m
sicut possum(us) dic(er)e q(uod)
homine(m) esse nudu(m) est
de iure n(atur)ali / q(uia) n(atur)a non
dedit ei n(atur)a vestitu(m) s(ed)
ars adinvenit / et h(oc) mo(do)
co(mmun)is o(mn)i(u)m possessio et o(mn)i(u)m
una libertas d(icitu)r esse
de iure n(atur)ali / q(uia) s(cilicet) d(i)stinc-
tio possessionu(m) et servitu(s)
no(n) sunt inducte · a n(atur)a
Sed per ho(min)u(m) rat(ione)m ad
~~hu(m)ane vite~~ utilit(atem) hu(m)ane
vite / et s(ic) in h(oc) lex n(atur)e
no(n) est mutata n(isi) p(er) addicio(nem)

Ad 6(m) p(ro)ce(d)i(tu)r s(ic) vi(detur)
q(uod) lex n(atur)e possit
abolere a cordibus ho(m)i(n)u(m) deleri
q(uia) ro(manorum) ii · p(rim)o · d(icitur) · Cu(m) gen-
tes que legem no(n) hab(e)nt
(et)c(etera) · Dicit glo(sa) · In interiori
ho(m)i(n)e per gr(ati)am renovato · lex iusti(cie) inscribi(tu)r
qua(m) deleverat culpa · S(ed)
lex iusti(cie) est lex n(atur)e · (ergo)
lex n(atur)e p(otes)t deleri · Pre-
t(er)ea l(e)x gr(ati)e (est) efficacior
qua(m) lex n(atur)e · S(ed) lex gr(ati)e
delet(u)r p(er) culpa(m) · (ergo) multo
magis lex n(atur)e p(otes)t deleri
Pr(e)t(er)ea id q(uo)d lege sta-
tuitur inducit(u)r q(uasi) ius-
tu(m) sed multa su(n)t ab
ho(m)i(ni)bus statuta (contra)
legem n(atur)e · (ergo) (et) lex
n(atur)e p(otes)t a cordibus ho(m)i(n)u(m)
deleri · S(ed) (contra) e(st) q(uo)d
Aug(ustinus) dicit in ii confess(ionum)
Lex scripta est i(n) cordib(us)
ho(m)i(n)u(m) quam nec ulla quide(m)
delet iniquitas · Sed lex scrip-
ta in cordib(us) ho(m)i(n)u(m) e(st) lex
n(atur)alis · (ergo) deleri no(n) p(otes)t · R(espondeo)
d(icen)d(u)m q(uod) s(icut) d(ictu)m est ad leg(em)
n(atur)alem p(er)tinent p(ri)mo quida(m)
quedam p(re)cepta (com)munissima
que sunt o(mn)ibus nota · Secunda
aut(em) s(ecund)aria p(re)cepta magis
p(ro)p(r)ia que sunt q(ua)si (con)clusiones p(ro)-
pinque p(ri)n(cipi)is · Q(uantu)m ig(itur)
ad illa p(ri)ncipia (com)munia lex n(atur)alis
nullo mo(do) p(otes)t a cordib(us) ho(m)i(n)u(m)
deleri in u(niversa)li · / delet(ur) tam(en)
in p(ar)ticulari operabili · s(ecundu)m q(uod) ratio
impedit(ur) applicare p(ri)ncipiu(m) (com)mune
ad p(ar)ticulare op(er)abile · Q(uantu)m v(er)o ad a(lia)
p(re)cepta s(ecund)aria p(otes)t lex n(atur)alis
deleri a cordib(us) ho(m)i(n)u(m) ul p(ro)pt(er)
malas p(er)suasiones / eo mo(do) quo
et(iam) in sp(ecu)lativis errores
(con)tingu(n)t circa (con)clusiones ne-
cessarias / vel et(iam) p(ro)pt(er) p(ra)vas
(con)suetudines / et habitus corruptos
sicut apud quosda(m) non ~~rep~~
reputaba(n)t(u)r latrocinia pec-
cata · vel et(iam) vicia (contra)
n(atur)am · Ut et(iam) ap(osto)lus ad
Ro(manos) p(ri)mo · Ad p(rim)u(m) (ergo) d(icen)d(u)m
q(uod) culpa et si sit efficacior
(contra) n(atur)a(m) · tu(m) n(atur)a tenacior
est ho(m)i(n)i / et no(n) magis p(er)-
manens · Ad 2(m) (ergo) d(icen)d(u)m
q(uod) culpa delet legem n(atur)e
in p(ar)ticulari no(n) aut(em) in u(niversa)li
nisi forte ad s(ecund)aria p(re)cepta le-
gis n(atur)e · eo mo(do) quo d(ictu)m est
Ad 3(m) d(icen)d(u)m q(uod) vero illa
p(ro)cedit de s(ecund)ariis p(re)cept(is) le-
gis n(atur)e · (contra) q(uo)d aliqui legis-
~~latores~~ latores statuta

Opa(bi)le p(ro)p(ter) ap(p)licac(ionem) q(ua)m ut a(lia)
a(lia) ma(gis) p(ar)a(ti)m ut
s(ecundu)m d(ictu)m e(st)

(con)clus(iones)

(con)ceptas

(con)clusio(nes)

aliqua sequuntur questio inquirit

Consequenter considerandum est de
lege humana et primo
quidem de ipsa lege secundum
se. 2o de potestate eius 3o
de eius mutatione. Circa primum
queruntur quatuor. primo de
utilitate eius 2o de origine
eius 3o de qualitate eius
4o de divisione eius.

Ad primum sic proceditur videtur
quod non fuit utile ali
quas leges ab hominibus
poni. Intentio enim cuiuslibet
legis est ut per eam homines
fiant boni sicut supra dictum est.
Sed homines magis inducun
tur ad bonum voluntarie per moni
tiones quam coacti per legem
ergo non est necessarium leges poni.
¶ Preterea dicit philosophus in
v° ethicorum quod ad iudicem
confugiunt homines sicut ad
iustitiam animatam. Sed iustitia
animata melior est quam inani
mata que legibus continetur
ergo melius fuisset ut execu
tio iusticie committeretur arbitrio
iudicum. quam quod super hoc
lex aliqua ederetur. ¶ Preterea
lex omnis directiva est hu
manorum actuum ut ex supra
dictis patet. Sed cum huma
ni actus consistunt in singularibus
que sunt infinita non possunt
ea que que ad directionem
humanorum actuum pertinent
sufficienter considerari nisi
ab aliquo sapiente qui
inspiciat singula. ergo me
lius fuisset arbitrio sa
pientum dirigi actus
humanos quam aliqua lege
posita. ergo non fuit necessarium
leges humanas ponere. ¶
Sed contra est quod Ysidorus dicit
in libro ethimologiarum. Facte sunt
leges ut earum metu hu
mana coherceatur audacia
tutaque sit inter improbos
innocentia et in ipsis im
probis formidato supplicio
refrenetur nocendi facul
tas. Hec autem sunt maxime necessaria
natura humana. ergo
necessarium fuit ponere leges.
¶ Respondeo dicendum quod sicut ex
predictis patet homini natura
liter inest quedam aptitudo ad
virtutem sed ipsa virtutis
perfectio necesse est quod homini
adveniat per aliquam disci
plinam. Sicut etiam videmus quod
per aliquam industriam
subvenitur homini in suis ne
cessitatibus puta in cibo
et vestitu quorum initia
quedam habet a natura scilicet rationem
et manus non autem ipsum
complementum sicut cetera alia
animalia quibus natura dedit
sufficienter tegumentum et cibum.
Ad hanc autem disciplinam non
de facili invenitur homo sibi
sufficiens. quia perfectio virtutis
precipue consistit in retrahendo
hominem ab indebitis delecta
tionibus ad quas precipue
homines sunt proni et maxime
iuvenes circa quos
est efficacior disciplina
Et ideo oportet quod huiusmodi disciplinam
per quam ad virtutem
perveniatur homines ab

voluntarii

adveniat per aliquam

alio forsitan. Et quidem consuetum ad illos invenies qui sunt prius adaptati virtute et bona dispositione naturali vel acquisita, vel magis divino munere sufficit disciplina prima que est per mores. Sed quia inveniuntur quidam contermini et ad mala proni quorum vis de facili moveri non potest, necessarium fuit ut per vim et metum cohiberentur a malo ut saltem per maleficatem desistentes et aliis quietem redderent et ipsi tandem per hanc assuetudinem ad hoc pervenirent quod voluntarie facerent que prius metu implebant. Et sic fuit necessaria haec disciplina. Circa quam nota quod nunc est pena disciplina legum unde necessarium fuit ad pacem hominum et virtutem et leges ponerentur. Circa predicta philosophus dicit in primo politice. Sed si homo sit perfectus virtute est optimum animal si sit separatus a lege et iusticia est pessimum omnium. Circa hoc homo habet arma rationis ad complendas concupiscentias et sevicias que non alia habent animalia. Secundo primum quod dicit [illegible] homines bene dispositi ex naturalibus inducuntur ad virtutem ex monitionibus voluntariis quam coactione. Sed quidam male dispositi non ducuntur ad virtutem nisi coherceantur. Secundo tertium dicit. Circa quod philosophus in 2 ethicorum dicit

Melius est omnia ordinare per legem quam committere iudicum arbitrio et hoc propter tria. Primo quia facilius est invenire paucos sapientes qui sufficiunt ad rectas leges ponendas quam multos qui requirerentur ad recte iudicandum de singulis. Secundo quia illi qui leges ponunt ex multo tempore considerant quid lege ferendum sit sed iudicia in singulis factis fiunt ex casibus subito exortis. Sed homo melius quid rectum sit considerat ex multis quam ex aliquo uno facto. Tertio quia legislatores iudicant in universali et de futuris sed homines iudicantes presidentes iudicant de presentibus ad que afficiuntur amore vel odio aut aliqua cupiditate. Secundo corollarium de primo iudicandum. Circa ergo iusticia animata iudicis non in multis invenitur et quia flexibilis est. Ideo necessarium fuit ut in quocumque est possibile lex determinare determinet ut quod videtur sit et ut paucissima iudicii arbitrio hominum committerentur. Secundo 3m dicit circa quedam singularia sunt que non possunt lege comprehendi necesse est committere iudicibus. Ut ibidem dicit philosophus. Puta de eo quod est factum esse vel non esse et de aliis huiusmodi.

Circa secundum dicit praemittens tertio quod non omnis lex humanitus posita a lege naturali derivatur. Dicit philosophus in 7 ethicorum. Circa iustum legale est primo quidem nihil differt utrum sic vel aliter fiat

Melius est omnia ordinare secundum legem quam committere iudicum arbitrio propter tria

Facilius autem est multos considerare quam homo unus

iudicandum

Sed in hiis que oriuntur ex lege naturali differt / velut si vel aliter fiat / ergo ea que sunt legibus humanis statuta non omnia derivantur a lege naturali. Contra ius positivum dividitur contra ius naturale ut patet per philosophum quinto ethicorum et per philosophum in 7 ethicorum. Sed ea que derivantur a principiis communibus legis naturalis per modum conclusionum pertinent ad legem nature ut supra dictum est / ergo ea que sunt de lege humana non derivantur a lege naturali. Contra lex naturalis est eadem apud omnes. Dicit enim philosophus in 7 ethicorum quod iustum naturale est quod ubique habet eandem potentiam. Si igitur leges humane a naturali lege derivarentur sequeretur quod etiam ipse essent eedem apud omnes / quod patet esse falsum. Contra eorum que a lege naturali derivantur potest aliqua ratio assignari. Sed non omnium que a maioribus lege statuta sunt ratio reddi potest ut iurisperitus dicit. Ergo non omnes leges humane derivantur a lege naturali. Sed contra est quod Tullius dicit in sua rhetorica: Res autem a natura profectas et a consuetudine probatas legum metus et religio sanxit. Responsio dicendum quod sicut Augustinus dicit in primo de libero arbitrio: Non videtur esse lex que iusta non fuerit. Unde inquantum habet de iustitia intantum habet de virtute legis. In rebus humanis dicitur esse aliquid iustum

// ex eo quod est rectum secundum regulam rationis / rationis autem prima regula est lex nature ut ex predictis patet. Unde omnis lex humanitus posita intantum habet de ratione legis inquantum a lege nature derivatur. Si vero in aliquo a lege naturali discordet iam non erit lex sed legis corruptio. Sed sciendum est quod a lege naturali dupliciter potest aliquid derivari. Uno modo sicut conclusiones ex principiis. Secundo modo sicut determinationes quedam aliquorum communium. Primus quidem modus est similis ei quo in scientiis ex principiis conclusiones demonstrative producuntur. Secundo vero modo simile est quod in artibus forme communes determinantur ad aliquid speciale, sicut artifex formam communem domus necesse est quod determinet ad hanc vel ad illam domus figuram. Derivantur ergo quedam a principiis communibus legis nature per modum conclusionum. Sicut hoc quod est non esse occidendum ut conclusio quedam derivari potest ab eo quod est nulli esse malum faciendum. Quedam vero per modum determinationis, sicut lex nature habet quod ille qui peccat puniatur, sed quod tali pena puniatur hoc est quedam determinatio legis nature. Utraque igitur inveniuntur in lege humana posita / sed ea que sunt primi modi continentur lege humana non tamquam sint sola

legē posita sꝫ huius est aliquid rigoris ex lege nāli. Sed que sunt scdi modi ex sola lege hūana vigorem habent ¶ Ad p̄m ergo dicendum ꝙ phūs loquitur de illis que sunt lege posita per determinationem vel specificationem quandam p̄ceptorum legis nē ¶ Ad 2m dicendum ꝙ ratio illa procedit de hijs que deriuantur a lege nē tanquam conclusiones ¶ Ad 3m dicendum ꝙ p̄ncipia cōia legis nē non possunt eodem modo applicari omnibus propter multam varietatem rerum humanarum et ex hoc prouenit diuersitas legis posite apud diuersos ¶ Ad 4m dicendum ꝙ verbum [illegible] inspicienti intelligendum est in hijs que sunt in dicta auctoribus tam [illegible] determinationes legis nālis ad quas determinationes se habet expertorum et p̄dentum iudicium sicut ad quedam p̄ncipia inspiciendo scilicet statim videtur quid congruentius sit particulariter determinare Vnde phūs dicit in 6 ethi. ꝙ in talibus oportet attendere expertorum et seniorum vel prudentum indemonstrabilibus enunciationibus et opinionibus non minus quam demonstrationibus

Ad 3m sic proceditur videtur ꝙ ysidorus inconuenienter qualitatem legis posite describebat dicens Erit lex honesta iusta possibilis scdm naturam scdm consuetudinem patrie loco temporique conueniens necessaria vtilis manifesta quoque ne aliquid per obscuritatem in captione contineat nullo priuato cōmodo sed pro cōi vtilitate conscripta Qui etiam omnem in 3bus conditionibus qualitatem legis explicauerat dicens lex erit omne quod ratione constiterit dumtaxat quod religioni congruat quod discipline conueniat quod saluti proficiat ¶ Ergo superflue postmodum conditiones legis multiplicat ¶ Preterea iusta est pars honestatis vt tullius dicit in primo de officijs ¶ Ergo postquam dixerat honesta superflue addidit iusta ¶ Preterea lex scripta scdm ysidorum contra consuetudinem diuiditur ¶ Non ergo debuit in diffinitione legis poni quod in diffinitione est scdm consuetudinem patrie ¶ Preterea necessarium dicitur dupliciter scilicet id quod est necessarium simpliciter quod impossibile est aliter se habere et hmōi necessarium non subiacet humano iudicio vnde talis necessitas ad legem humanam non pertinet ¶ Est etiam aliquid necessarium propter finem et talis necessitas idem est quod vtilitas ¶ Ergo superflue vtrumque ponitur necessaria et vtilis ¶ Sed contra est quod dicit auctoritas ysidori ¶ Respondeo dicendum ꝙ vnaquaque res que est propter finem oportet ꝙ formam determinatam proportionatam ad finem ¶ sicut forma serre talis est qualis congruit sectioni et in 2 phisi. [illegible] est res recta

et mensurata oportet quod habeat
formam proportionalem sue
regule et mensure. Lex autem
humana utrumque ... utrumque
habet quia et est aliquid ordi-
natum ad finem, et est quedam
regula vel mensura regulata et
mensurata quadam mensura
superiori que quidem est duplex
scilicet lex divina et lex nature
ut ex supradictis patet. Finis
autem humane legis est uti-
litas hominum sicut etiam iuris-
peritus dicit. Et ideo Ysidorus
in conditione legis primo
quidem tria posuit scilicet quod
congruat religioni inquantum
scilicet proportionata est legi
divine; quod discipline conveniat
inquantum est proportionata
legi nature; quod saluti proficiat
inquantum est proportionata
utilitati humane. Et ad hec
tria omnes alie conditiones
quas postea ponit reducuntur.
Nam quod dicitur honesta re-
fertur ad hoc quod religioni con-
gruat. Quod autem subditur
iusta possibilis secundum naturam secundum
consuetudinem patrie loco temporique
conveniens, additur quod conveni-
at discipline. Attenditur
enim humana disciplina primum
quidem quantum ad ordinem rationis
qui importatur in hoc quod dicitur
iusta. Secundo quantum ad fa-
cultatem agentium. Debet enim
esse disciplina conveniens unicui-
que secundum suam possibilitatem ob-
servata etiam possibilitate nature; non enim eadem sunt po-
nenda pueris que impo-
nuntur viris perfectis. Et secundum

consuetudinem humanam; non enim potest homo
solus in societate vivere aliis
morem non gerens. Tertio quantum
ad debitas circumstantias dicit
loco temporique conveniens. Quod vero
subditur necessaria utilis
etc. refertur ad hoc quod ex-
pediat saluti, ut necessitas
referatur ad remotionem
malorum, utilitas ad conse-
cutionem bonorum, manifesta-
tio vero ad cavendum nocumentum
quod ex ipsa lege posset pro-
venire. Et quia sicut supra
dictum est lex ordinatur ad
bonum commune, hoc ipsum in
ultima parte determinationis
ostenditur. Et per hoc patet
responsio ad obiecta.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod
inconvenienter Ysidorus divi-
sionem legum humanarum
posuit sive iuris humani. Sub
hoc enim iure comprehendit
ius gentium, quod ideo sic no-
minatur ut ipse dicit quia eo
fere omnes gentes utuntur.
Sed sicut ipse dicit ius
naturale est quod est commune om-
nium nationum. Ergo ius gentium
non continetur sub iure positivo
humano sed magis sub
iure naturali. Preterea ea que habent
eandem vim non videntur
formaliter differre sed solum
materialiter. Sed leges, plebis-
cita, senatusconsulta et
alia huiusmodi que ponit
omnia habent eandem vim.
Ergo videtur quod non differunt
nisi materialiter. Sed talis

distinctio in arte vel civitate. Secundo illud potest esse divisivum. Quod inconvenienter hec divisio humanarum legum introducitur. Tertio quia sicut in civitate sunt principes et sacerdotes et milites, ita etiam sunt et alia officia hominum. Ergo videtur quod sicut ponitur quoddam ius militare et ius publicum quod consistit in sacerdotibus et militibus, ita etiam debent poni alia iura ad alia officia civitatis pertinentia. Tertio quia ea que sunt per accidens sunt pretermittenda. Sed accidit legi ut ab hoc vel alio feratur homine. Ergo inconvenienter ponitur divisio legum humanarum ex nominibus legislatorum, ut scilicet dicatur quedam Cornelia, quedam Falcidia etc.

Cornelia

In contrarium autem auctoritas Isidori sufficiat. Respondeo dicendum quod unumquodque per se potest dividi secundum id quod in eius ratione continetur, sicut in ratione animalis continetur anima que est rationalis vel irrationalis, et ideo animal proprie et per se dividitur secundum rationale et irrationale, non autem secundum album et nigrum, que sunt omnino preter rationem eius. Sunt autem multa de ratione legis humane secundum quorum quodlibet lex humana proprie et per se dividi potest. Est enim primo de ratione legis humane quod sit derivata a lege nature, ut ex dictis patet. Et secundum hoc dividitur ius positivum in ius gentium et ius civile,

anal

scilicet duos modos quibus aliquid derivatur a lege nature ut supra dictum est. Nam ad ius gentium pertinent ea que derivantur a lege nature sicut conclusiones ex principiis, ut iuste commutationes vel venditiones et alia huiusmodi sine quibus homines ad invicem convivere non possunt, quod est de lege nature, quia homo est naturaliter animal sociale, ut probatur in primo Politicorum. Que autem derivantur a lege nature per modum particularis determinationis pertinent ad ius civile, secundum quod quelibet civitas aliquid sibi accommodum determinat. Secundo est de ratione legis humane quod ordinetur ad bonum commune civitatis. Et secundum hoc lex humana dividi potest secundum diversitatem eorum qui specialiter dant operam ad bonum commune, sicut sacerdotes pro populo Deum orantes, principes populum gubernantes, et milites pro salute populi pugnantes. Et ideo istis hominibus specialia quedam iura aptantur. Tertio est de ratione legis humane ut instituatur a gubernante communitatem civitatis, sicut supra dictum est. Et secundum hoc distinguuntur leges humane secundum diversa regimina civitatum, quorum unum secundum Philosophum in III Politicorum est regnum, scilicet quando civitas gubernatur ab uno, et secundum hoc accipiuntur constitutiones principum. Aliud vero regimen est aristocratia, id est principatus optimorum vel optimatum, et secundum hoc sumuntur responsa prudentum et etiam senatusconsulta.

vendiciones

iura

aristocratiam

divitum

regimen de oligarchia, i. prin-
cipatus paucorum divitum
et potentum. Et sicut hic fuerunt
iura praetoria quod et honorarium
dicitur. Alius autem est regimen
quod vocatur democratia.
Et sic hic fuerunt plebiscita.
Alius est tyrannicum quod est
omnino corruptum. Unde et hic
non fuerunt aliqua lex. Est
etiam aliud regimen commixtum ex
istis quod est optimum. Et sic hic
fuerunt leges quas maiores
natu simul cum plebibus san-
xerunt, ut Ysidorus dicit. Quin-
to vero est de ratione legis huma-
nae quod sit directiva humanorum
actuum. Et sicut hic sunt diver-
fecerunt sa de quibus leges feruntur,
distinguuntur leges quae
interdum ab auctoribus no-
minantur. Sicut distinguitur
lex Iulia de adulteriis,
lex Cornelia de sicariis
etc. Non propter auctores
sed propter res de quibus sunt.
Ad primum ergo dicendum quod
aliquis ius gentium est quidem aliquo modo
naturale homini secundum quod est rationalis
inquantum derivatur a lege naturali
conclusionis per modum conclusionis quae non
est multum remota a princi-
piis. Unde de facili et
in hoc homines consenserunt.
Distinguitur tamen a lege natu-
rali maxime ab eo quod est omnibus
animalibus commune. Ad alia
patet argumentum. Ex hiis quae
dicta sunt vel
Deinde considerandum est
de potestate legis humanae.

Et ita quaeruntur sex. Primo
utrum lex humana debeat
poni in communi. Secundo utrum
lex humana debeat omnia
vitia cohibere. Tertio utrum
virtutum omnium actus de-
beat ordinare. Quarto utrum
imponat aliquid necessitatis
quantum ad forum conscientiae. Quin-
to utrum omnes homines legi
humanae subdantur. Sexto
utrum his qui sunt sub
lege liceat agere praeter verba legis.
Ad primum sic proceditur. Videtur quod
lex humana non debeat
poni in communi sed magis
in particulari. Dicit enim philosophus
in V Ethicorum quod legalia
sunt quaecumque in singularibus
lege ponuntur et etiam sententialia,
quae etiam sunt singularia,
quia de singularibus actibus
sententiae feruntur. Ergo
lex non solum ponitur in
communi sed etiam in singulari.
Praeterea lex est directiva
humanorum actuum ut supra
dictum est. Sed humani actus
in singularibus consistunt. Ergo leges
humanae non debent in universali
fieri sed magis in particulari.
Praeterea lex est regula et men-
sura humanorum actuum
ut dictum est. Sed mensura
debet esse certissima ut dicitur
in X Metaphysicae. Cum
ergo in actibus humanis
non possit esse aliquid
universale certum quin in particularibus
deficiat, videtur quod

utilitate sit legis ut in poli(tica) [ethi(ca)]
s(ed) poni in p(ri)n(cipi)o ¶ Secundo
tangit scilicet q(uod) inspectio d(icitu)r
Circa circa q(uaesti)o(ne)m op(or)tet d(ice)re
de his que sepius accidunt
De his aut(em) que forte
vno tantum accid(er)e p(ossu)nt iud(ic)i
(n)o (con)stituu(n)tur ¶ Sexto dicit
Circa vnum q(uo)dd(am) q(uo)d e(st) p(rim)o
finem utilitate s(cilicet) q(uod) sit fini
p(ro)portionata Finis aut(em)
legis est bonum co(mmun)e sicut
vt d(icit) Isidorus in li(bro) ethi(mologiarum)
Nullo privato commodo
sed p(ro) co(mmun)i utilitate civium
lex debet esse conscripta Cum
ergo leges humanas esse
p(ro)portionatas ad bonum
co(mmun)e Bonum aut(em) co(mmun)e
(con)stat ex multis Et io
o(portet) q(uod) lex ad multa respi
ciat et s(ecundu)m p(er)sonas et s(ecundu)m
negotia et s(ecundu)m regiones
et s(ecundu)m t(em)p(or)a Constituitur
enim civitas co(mmun)itas ex multis
p(er)sonis et eius bonum o(portet)
p(er) multiplicitatem actionum
p(ro)curari Nec ad hoc solum
instituitur q(uod) aliquo modico
t(em)p(o)re duret Sed omni
t(em)p(o)re p(er)maneat p(er) civium suc
cessionem Ut d(icit) Augustinus
de civitate dei in 2o ¶ Ad
p(ri)m(u)m [struck through] ergo d(icendu)m q(uod) philosophus
ponit in v(ert)o ethi(corum)
Tres p(ar)tes legalis q(uo)d
est iustum politicum Omni
enim (con)dam que simp(licite)r
in co(mmun)i ponitur et hec
sunt leges co(mmun)es et q(uantu)m
ad hoc d(icit) q(uo)d legale
est q(uo)d ex p(ri)ncipio q(uo)d

nichil differt sic vel alit(er)
quod aut(em) po(situ)m differt puta
q(uo)d captivi statuto p(re)cio redi
mantur ¶ Secunda vero s(un)t q(ua)edam
co(mmun)ia quantum ad aliquid et s(ingula)ria
quantum ad aliquid et hec sunt
privilegia q(uasi) leges privatae
quia respiciunt singulares
personas et tamen p(ote)stas eorum
extenditur ad multa negotia
et quantum ad hoc subdit adhuc
quantumque in singularibus large
ponuntur ¶ Dicuntur aut(em) q(uae)dam
legalia non quia sunt le
ges sed p(ro)pter applicationem legum
co(mmun)ium ad aliqua particularia facta
sicut sunt sententie que p(ro) iure habentur
et q(uantu)m ad hoc subdit et
sententialia ¶ Ad 2m dicendum q(uod) id
q(uod) s(cilicet) directivum o(portet) esse
plurium directivum unde in 10o
metaphisice dicit q(uod) omnia
que sunt unius generis mensurantur
aliquo uno q(uo)d e(st) primum
in genere illo Si enim essent
tot regule vel mensure q(uo)t
sunt mensurata vel regulata
cessaret utilitas regule vel
mensure que s(cilicet) ut commune
multa possunt agnosci et
ita nulla esset utilitas
legis Si non se extenderet no
nisi ad unum singulare ac
tum Sed singulares actus
dirigendos dantur singularia
precepta prudentum Sed lex
est preceptum commune ut supra
dictum est ¶ Ad 3m dicendum q(uod)
non est eadem ratio q(uod)
reverenda in omnibus ut
in 5o ethi(corum) dicit similiter

in rebus quibus sit sufficiens multa
et res humane sufficit talis
certitudo ut aliquid sit verum
in pluribus licet interdum defi-
ciat in paucioribus ¶

Ad 2m sic proceditur. Utrum
ad legem humanam
pertineat omnia vitia cohi-
bere. Et videtur quod sic. Ysidorus in libro
ethimologiarum: leges facte sunt
ut earum metu coherceatur
audacia humana. Non autem
sufficienter coherceretur nisi quelibet
mala cohiberentur. per legem
Ergo lex humana debet quelibet
mala cohibere ¶ Preterea intentio
legislatoris est cives facere
virtuosos. Sed non potest esse
aliquis virtuosus nisi ab omnibus
viciis compescatur. Ergo ad legem
humanam pertinet omnia vi-
cia compescere ¶ Preterea lex huma-
na a lege nature derivatur
ut supra dictum est. Sed omnia
vicia repugnant legi nature. Ergo
lex humana vicia debet
cohibere ¶ Sed contra est quod dicitur
in libro primo de libero arbitrio (Aug.)
videtur michi legem istam que
populo regendo scribitur recte
ista permittere et divinam
providentiam vindicare. Sed
divina providentia non
vindicat nisi vitia. Ergo
lex recte lex humana per-
mittit aliqua vitia non cohi-
bendo ¶ Respondeo dicendum quod sicut
iam dictum est lex ponitur
ut quedam regula vel
mensura humanorum actuum.
Mensura autem debet esse
homogenea mensurato, ut dicitur
in X° methaphisice. Diversa
enim diversis mensurantur.
Unde oportet quod etiam
leges imponantur hominibus
secundum eorum conditionem. Quia ut
dicit Ysidorus: lex debet esse
possibilis et secundum naturam et secundum
consuetudinem patrie. Potestas autem
sive facultas operandi
ex interiori habitu seu dispo-
sitione procedit. Non enim
idem possibile est ei qui non
habet habitum virtutis et
virtuoso, sicut etiam non est
idem possibile puero et viro
perfecto. Et propter hoc non ponitur
eadem lex pueris que
ponitur adultis. Multa
enim pueris permittuntur que
in adultis lege puniuntur
vel etiam vituperantur. Et
similiter multa sunt permittenda
hominibus non perfectis virtute
que non essent tolleranda
in hominibus virtuosis. Lex
autem humana imponitur multitudini
hominum in qua maior pars
est hominum non perfectorum virtute.
Et ideo lege humana non
prohibentur omnia vicia a qui-
bus virtuosi abstinent,
sed solum graviora a qui-
bus possibile est maiorem
partem multitudinis abstinere.
Et precipue que sunt in
~~[illegible]~~ nocumentum
aliorum sine quorum
prohibitione societas humana societas
conservari non posset. Sed
prohibentur lege humana

audacia

homicidia et furta et hu(ius)mo(di)
¶ Aug. p(ri)m(o) q(uestio) dd c(ontra) cum
dia prime videtur ad mon(i)
sionem aliorum. Unde prin
cipaliter pertinet ad illa peccata
quibus iniuria proximis
irrogatur que lege huma
na prohibentur ut dictum
est ¶ Ibid 2m dd c(ontra)
lex humana intendit ho
mines inducere ad virtutem
non subito sed gradatim
et ideo non statim multi(tudini)
imperfectorum imponit ea que
sunt iam virtuosorum ut scilicet
ab omnibus malis absti
neant alioquin imperfecti hu(ius)mo(di)
precepta ferre non valentes
in deteriora mala prorumperent
sicut dicitur prov. xxx c(apitulo)
qui nimis emungit elicit
sanguinem et mat. ix
c(apitulo) si vinum novum id est pre
cepta perfecte vite mittatur
in utres veteres id est in homines
imperfectos utres rumpuntur
et vinum effunditur id est
precepta contemnuntur et ho
mines ex contemptu ad pei
ora mala prorumpunt
¶ Ibid 3m dd c(ontra) lex humana
est quedam participatio legis
eterne in nobis lex autem
humana deficit a lege eterna
Aug. in. de lib(ero) arb(itri)o
li(bro) a° lex ista que
regendis civitatibus fertur
multa concedit atque im
punita relinquit que
per divinam providentiam
vindicantur neque enim
quia non omnia facit que

idco

facit improbanda sunt. Un
de lex necessaria humana
non potest prohibere quod prohibet lex na(turalis)
Hoc 3 sic proceditur videtur quod hu
mana lex non precipiat actus
omnium virtutum contrariis enim
virtutum opponuntur actus vitiosi
Sed lex humana non prohibet
omnia vicia ut dictum est ergo
etiam non precipit actus omnium vir
tutum ¶ Praeterea actus virtutis a virtute
procedunt sed virtus non est finis
legis et ita quod est ex virtute
sub precepto legis cadere non
potest ergo lex humana non pre
cipit actus omnium virtutum ¶ Praeterea
lex ordinatur ad bonum com(mun)e
ut dictum est Sed quidam actus
virtutum non ordinantur ad bonum
commune sed ad bonum privatum
ergo lex non precipit actus omnium
virtutum Sed contra est quod philosophus
dicit in 5. ethicorum c(apitulo) precipit
lex fortis opera facere
et que temperati et que mansueti
similiter autem secundum alias virtutes et
malicias hec quidem iubens hec
autem prohibens ¶ Resp(ondeo) dd
c(ontra) species virtutum distinguuntur secundum
obiecta ut ex supra dictis patet
Omnia autem obiecta virtutum refer
ri possunt vel ad bonum commune multitudinis
vel ad bonum privatum alicuius
persone sicut ea que sunt for
titudinis potest aliquis exequi
vel propter conservationem civitatis
vel ad conservandum ius
amici sui et similiter est de aliis
lex autem ut dictum est ordinatur
ad bonum commune Et ideo nulla
virtus est de cuius actibus lex

lex papę non potest. non tamen
de omnibus actibus omnium vir
tutum lex humana precipit Sed
solum de illis qui sunt or
dinabiles ad bonum commune vel im
mediate sicut cum aliqua propter bonum
commune directe fiunt vel media
te sicut cum aliqua ordinantur a legis
latore pertinentia ad bonam
disciplinam per quam ciues
informantur ut conseruent bonum
iusticie et pacis commune
Ad primum ergo dicendum quod lex
humana non prohibet omnes
actus viciosos secundum obligationem
precepti sicut nec precipit
omnes actus virtuosos prohibet
tamen aliquos actus singulorum
viciorum sicut et precipit
quosdam actus singularum virtutum
Ad 2 dicendum quod aliquis actus
dicitur esse virtutis dupliciter uno modo
ex eo quod homo operatur virtuo
sa sicut actus iusticie
est facere recta et actus for
titudinis facere fortia Et sic
precipit lex actus aliquos vir
tutum Alio modo dicitur actus virtutis
quia aliquis operatur virtuosa
eo modo quo virtuosus operatur
et talis actus semper procedit
a virtute nec cadit sub precepto
sed est finis ad quem legis
lator ducere intendit Ad
3 dicendum quod non est aliqua
virtus cuius actus non sint or
dinabiles ad bonum commune vel directe
vel mediate vel indirecte
Ad quintum sic proceditur videtur quod
lex humana non imponit homini necessitatem in
foro conscientie Inferior enim
potestas non potest imponere le
gem in iudicio superioris po
testatis Sed potestas hominis
que facit legem huma
nam est infra potestatem
diuinam ergo lex humana
non potest imponere legem quantum
ad iudicium diuinum quod est
iudicium conscientie Preterea iudi
cium conscientie maxime dependet
ex diuinis mandatis Sed
quandoque diuina mandata eua
cuantur per leges huma
nas secundum illud Mt xv ir
ritum fecistis mandatum
dei propter tradiciones vestras
ergo lex humana non potest ne
cessitatem homini imponere quan
tum ad conscientiam Preterea leges
humane frequenter ingerunt
calumpniam et iniuriam ho
minibus secundum illud Ysa x Ve
qui condunt leges iniquas
et scribentes iniusticias scrip
serunt ut opprimerent in
iudicio pauperes et vim
facerent cause humilium
populi mei Sed licitum est
vnicuique oppressionem et vio
lenciam euitare ergo leges
humane non imponunt necessitatem
homini quantum ad conscienciam
Sed contra est quod dicitur i pe
tri ii hec est gracia
si propter conscienciam quis susti
neat tristicias paciens
iniuste Respondeo dicendum quod le
ges posite humanitus vel
sunt iuste vel iniuste Si quidem
iuste sunt habent vim ob
ligandi in foro conscientie ex

Vbi

lege eterna a qua derivantur secundum id Proverbiorum viii per me reges regnant et legum conditores decernunt iusta. Dicuntur autem leges iuste et ex fine quando scilicet ordinantur ad bonum commune, et ex auctore scilicet quando lex lata non excedit potestatem ferentis, et ex forma quando secundum equalitatem proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonum commune. Cum enim unus homo sit pars multitudinis, quilibet homo hoc ipsum quod est et quod habet est multitudinis, sicut et quelibet pars id quod est, est totius. Unde et natura ad detrimentum infert ut salvet totum. Et secundum hoc leges huiusmodi onera proportionabiliter inferentes iuste sunt et obligant in foro conscientie, et sunt leges legales. Iniuste autem leges dupliciter. Uno modo per contrarietatem ad bonum humanum e contrario predictis, vel ex fine sicut cum aliquis presidens leges imponit onerosas subditis non pertinentes ad utilitatem communem sed magis ad propriam cupiditatem vel gloriam, vel ex auctore sicut cum aliquis legem fert ultra sibi commissam potestatem, vel ex forma puta cum inequaliter onera multitudini dispensantur et si ordinentur ad bonum commune. Et huiusmodi magis sunt violentie quam leges quia sicut Augustinus dicit in libro de libero arbitrio, lex esse non videtur que iusta non fuerit. Unde tales leges non obligant in foro conscientie nisi forte propter vitandum scandalum vel turbationem, propter quod etiam homo debet iuri suo cedere secundum id Matthei v qui angariaverit te mille passus vade cum eo et alia duo, et qui abstulerit tibi tunicam da ei et pallium. Alio modo leges possunt esse iniuste per contrarietatem ad bonum divinum sicut leges tyrannorum inducentes ad ydolatriam vel ad quodcumque aliud quod sit contra legem divinam. Et tales leges nullo modo licet observare quia sicut dicitur Actuum v, obedire oportet Deo magis quam hominibus. Ad primum ergo dicendum quod sicut apostolus dicit ad Romanos xiii omnis potestas humana est a Deo, et ideo qui potestati resistit in his que ad ordinem potestatis pertinent Dei ordinationi resistit. Et secundum hoc efficitur reus quantum ad conscientiam. Ad secundum dicendum quod ratio illa non procedit de legibus humanis que ordinantur contra Dei mandatum, et ad hoc ordo potestatis non se extendit. Unde in talibus legi humane non est parendum. Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de lege que infert gravamen iniustum subditis, ad quod etiam ordo potestatis divinitus concessus non

iusta

in equalitatem

Iniuste leges

se extendit vim vel debitum talibus
homo obligatur ut obe-
diat legi si sine scandalo
vel maiori detrimento re-
sistere possit. Articulus quintus
Ad quintum sic proceditur. Videtur
quod non omnes legi subi-
ciantur. Illi enim soli subiciuntur legi quibus lex
ponitur. Sed apostolus dicit I ad Thi-
mo. quod iusto non est lex
posita. Ergo iusti non subiciuntur
legi humane. Praeterea Urbanus
papa dicit et habetur in Decretis
XIX q. II. Qui lege pri-
vata ducitur nulla ratio exigit
ut publica constringatur. Lege
autem privata spiritus sancti du-
cuntur omnes viri spirituales
qui sunt filii dei secundum id
Rom. VIII. Qui enim spiritu dei
aguntur hi filii dei sunt.
Ergo non omnes homines legi
humane subiciuntur. Praeterea iurisperi-
tus dicit quod princeps legi-
bus solutus est. Qui autem est solutus a lege non
subditur legi. Ergo non omnes
subiecti sunt legi. Sed contra
est quod apostolus dicit Rom. XIII. Om-
nis anima potestatibus sub-
limioribus subdita sit. Sed non
videtur esse subditus potestati qui
non subditur legi quam
fert potestas. Ergo omnes ho-
mines debent esse legi huma-
ne subditi. Respondeo dicendum
quod sicut ex supradictis patet
lex de sui ratione duo habet.
Primo quidem quod est regula hu-
manorum actuum. Secundo quod
habet vim coactivam. Dupli-
citer ergo aliquis homo potest esse legi

subiectus. Uno modo sicut regulatum regu-
le. Et hoc modo omnes illi qui
subduntur potestati subduntur
legi quam fert potestas. Quod fit
autem aliquis potestati non
subdatur potest contingere dupli-
citer. Uno modo quia sunt simpliciter abso-
luti ab eius subiectione.
Unde illi qui sunt de una civita-
te vel regno non sub-
duntur legibus principis
alterius civitatis vel regni
sicut nec eius dominio. Alio modo
secundum quod regitur superiori le-
ge. Puta si aliquis sit sub-
iectus proconsuli debet eius
mandato parere. non tamen
in his que dispensantur
ei ab imperatore. quantum
enim ad illa non astringitur
mandato inferioris. cum superiori
mandato dirigatur. Et secundum hoc
contingit quod aliquis simpliciter sub-
iectus legi secundum aliqua legi
non astringitur secundum que regitur superiori
lege. Alio vero modo dicitur
subdi legi sicut coactum
cogenti. Et hoc modo homines
virtuosi et iusti non sub-
duntur legi sed soli mali.
Quod enim est coactum et
violentum est contrarium volun-
tati. Voluntas autem bonorum consonat
legi a qua malorum voluntas
discordat. Et ideo secundum hoc
boni non sunt sub lege
sed solum mali. Ad primum
ergo dicendum quod ratio illa procedit
de subiectione que est
per modum coactionis.

Sicut et iusto non est lex
posita, quia ipsi sibi sunt
lex dum ostendunt opus
legis scriptum in cordibus
suis. Unde dicit Apostolus ad Ro.
2o. Unde in eos non habet
lex vim coactivam sicut
habet in iniustos. Ad 2m dicendum
lex spiritus sancti est superior
omni lege humanitus po-
sita. Et ideo viri spirituales
secundum hoc quod lege spiritus sancti
ducuntur non subduntur
legi quantum ad ea quae
repugnant ductioni spiritus
sancti. Sed tamen hoc ipsum est
de ductu spiritus sancti quod ho-
mines spirituales humanis
legibus subdantur. Secundum illud
1a Petri 2o. Subiecti esto-
te omni humanae creaturae
propter Deum. Ad 3m dicendum quod
princeps dicitur esse solutus a le-
ge quantum ad vim coactivam
legis. Nullus enim proprie co-
gitur a seipso. Lex autem
non habet vim coactivam nisi
ex principis potestate. Sic igitur
princeps dicitur esse solutus
a lege, quia nemo in ipsum
potest condempnationis iudicium
ferre si contra legem agat.
Unde super illud psalmi Tibi
soli peccavi etc. dicit glossa
quod lex non habet hominem
qui sua facta diiudicet.
Sed quantum ad vim direc-
tivam legis princeps
subditur legi propria voluntate.

Secundum quod dicitur extra de constitutionibus
c. cum omnes. Quod enim quis
iuris in alium statuit,
ipse eodem iure uti debet. Et sa-
pientis dicit auctoritas: Patere
legem quam ipse tuleris. Improperatur
etiam Domino ab his qui di-
cunt et non faciunt, et qui aliis
onera gravia imponunt, et ipsi
nec digito volunt ea movere,
ut habetur Matth. 23. Unde
quantum ad iudicium Dei princeps est
solutus a lege quantum ad vim
directivam eius, sed debet voluntarius
non coactus legem implere. E-
tiam princeps supra legem est inquantum
si expediens fuerit potest legem
mutare et in ea dispensare
pro loco et tempore. Sexto [illegible]
Q. 6. [illegible] quod non

Non liceat ei qui subditur a le-
ge praeter verba legis agere.
Dicit enim Augustinus in libro de vera
religione: In temporalibus legibus
quamvis homines iudicent de — iudicent
his cum eas statuerint, — antequam
tamen quando fuerint institutae et firmatae
non licebit de ipsis iudicare — re sed
secundum ipsas. Sed si aliquis praeter-
mittat verba legis dicens
se intentionem legislatoris
servare, videtur iudicare de lege.
Ergo non licet ei qui subditur
legibus ut praetermittat
verba legis ut intentionem
legislatoris servet. Praeterea ad
eum solum pertinet leges
interpretari cuius est leges
condere. Sed hominum subditorum
legi non est leges condere

intentionem go eorum non est interpretari
legislatoris intentionem sed
secundum legis verba debet agere
¶ Ipse omnis sapiens intentionem
suam nouit verbis explicare
Sed illi qui leges condunt
reputari debent sapientes
dicit enim Salomon proverbiorum viii
Per me reges regnant et legum
conditores iusta decernunt
Ergo intentio legislatoris
non est iudicanda nisi per
verba legis ¶ Sed contra est quod
quod hylarius dicit in iiii de tri[nitate]
Intelligentia dictorum ex causis
est assumenda dicendi quia non
vero sermoni res sed rei debet sermo esse
subditus ergo magis est atten
dendum ad causam que mouit
legislatorem quam ad ipsa
verba legis ¶ Responsio dicendum
sicut supra dictum est omnis
lex ordinatur ad communem ho
minum salutem et in tantum obti
net rationem et vim legis
sed non quod ab hoc deficit vir
tutem obligandi non habet
Vnde iurisperitus dicit quod nulla
iuris ratio iuris aut equitatis
benignitas patitur ut que
salubriter pro utilitate hominum
introducuntur ea nos duriori
interpretatione contra eorum
commodum producamus ad seueri
tatem ¶ Contingit autem
multociens quod aliquid obseruare
communi saluti est utile ut
in pluribus casibus quod tamen
in aliquibus casibus est
maxime nocivum ¶ Quia

igitur legislator non potest omnes
singulares casus intueri proponit
legem secundum ea que in pluribus
accidunt ferens intentionem
suam ad communem utilitatem
Vnde si emergat casus in
quo obseruatio talis legis sit
damnosa communi
utilitati non est obseruanda
Sicut si in ciuitate obsessa sta
tuatur lex quod porte ciuitatis
maneant clause hoc est
utile communi saluti ut in plu
ribus Si tamen contingat casus
quod hostes insequantur aliquos
ciues per quos ciuitas con
seruatur damnosissimum
esset ciuitati nisi eis porte
aperirentur Et ideo in tali casu
essent porte aperiende contra
verba legis ut seruaretur
communis utilitas quam legis
lator intendit ¶ Sed in
hoc est considerandum quod si obseruan
tia legis secundum verba non habeat
subitum periculum cui oportet
statim occurri non pertinet
ad quemlibet ut interpretetur
quid sit utile ciuitati et quid
sit inutile Sed hoc modo
pertinet solum ad principes
qui propter huiusmodi casus habent
auctoritatem in legibus dispen
sandi Si vero sit subitum
periculum non patiens
tantam moram ut
ad superiorem recurri possit
ipsa necessitas dispen
sationem habet annexam quia ne
cessitas non subditur legi
¶ Ad primum ergo dicendum

ille qui in casu illo tunc agit
preter verba legis non iu-
dicat de ipsa lege, sed
iudicat de casu singulari in quo
videt verba legis observanda
non esse. Ad 2m dicendum quod
ille qui sequitur latoris legis
intentionem non interpretatur legem
simpliciter, sed in casu in quo
manifestum est per evidentiam
nocumenti legislatorem
aliud intendisse. Si enim
dubium sit, debet vel secundum verba
legis agere vel superiorem
consulere. Ad 3m dicendum quod
nullius hominis sapientia
tanta est ut possit omnes
singulares casus excogitare,
et ideo non potest sufficienter per verba
sua exprimere ea que conveniunt
ad finem intentum. Et si posset
legislator omnes casus
considerare, non oporteret quod omnes
exprimeret propter confusionem
vitandam, sed legem ferre deberet [?]

Deinde considerandum est de mu-
tatione legum. Et circa hoc
queruntur quatuor. Primo utrum
lex humana sit mutabilis.
2o utrum debeat semper mutari
(a quo [?]) quando aliquid melius occurrerit. 3o
utrum per consuetudinem aboleatur
et utrum consuetudo obtineat
vim legis. 4o utrum
usus legis humane per
dispensationem rectorum immu-
tari debeat. Iohannes [?]

Ad primum sic proceditur. Videtur quod
lex humana nullo modo
debeat mutari. Lex enim
humana derivatur a lege
naturali ut supra dictum est. Sed lex na-
turalis immobilis perseverat. Ergo
et lex humana debet immobilis
permanere. Praeterea Philosophus dicit in
V Ethicorum quod mensura maxime debet esse
permanens. Sed lex
humana est mensura humanorum
actuum ut supra dictum est. Ergo debet
immobiliter permanere. Praeterea de ratione
legis est quod sit iusta et recta
ut supra dictum est. Sed id quod est
semel rectum semper est rectum. Ergo quod
semel est lex semper debet esse lex.
Sed contra est quod Augustinus dicit in I
de libero arbitrio: Lex temporalis quamvis
iusta sit commutari tamen per tempora
iuste potest. Respondeo dicendum quod sicut
supra dictum est, lex humana est
quoddam dictamen rationis quo
diriguntur humani actus. Et secundum
hoc duplex potest esse causa quod lex
humana iuste mutetur. Una
quidem ex parte rationis, alia
vero ex parte hominum quorum actus
lege regulantur. Ex parte
quidem rationis, quia humane
rationi esse videtur naturale ut
gradatim ab imperfecto ad
perfectum perveniat. Unde videmus
in scientiis speculativis quod
qui primo philosophati sunt quedam
imperfecta tradiderunt que
postmodum per posteriores
sunt magis perfecta. Ita etiam
est in operabilibus. Nam primi
qui intenderunt invenire
aliquid utile communitati
hominum, non valentes
omnia ex seipsis considerare,
instituerunt quedam imperfecta

in multis deficere, quia po-
steriores immutaverunt instituta
aliqua que in paucioribus
deficere possent a communi utilitate.
Et patet etiam hominum quorum
actus lege regulantur.
Lex recte mutari potest propter
mutationem conditionum hominum
quibus secundum diversas eorum con-
ditiones diversa expediunt.
Unde dicit Augustinus et ponitur communiter
in primo de libero arbitrio: quod si populus
sit bene moderatus et gravis
communisque utilitatis dili-
gentissimus custos, recte lex
fertur qua tali populo liceat
sibi creare magistratus per
quos res publica administretur.
Porro si paulatim idem
populus depravatus habeat vena-
le suffragium et regimen
flagitiosis sceleratisque
committat, recte adimitur
tali populo potestas dandi ho-
nores et ad paucorum bonorum
redit arbitrium. Ad primum
ergo dicendum quod lex naturalis est
participatio quedam legis
eterne ut supra dictum est. Et
ideo immobilis perseverat quod habet
immobilitate ex immobilitate et perfectione divine
rationis instituentis naturam.
mutabilis Ratio vero humana mutabilis est et
imperfecta. Et ideo lex eius mutabilis
est. Et preterea lex
naturalis continet quedam universalia
precepta que semper manent.
Lex vero posita ab homine
continet precepta quedam
particularia secundum diversos casus
qui emergunt. Ad secundum

dicendum quod mensura debet esse
permanens quantum est possibile.
Sed in rebus mutabilibus non potest
esse aliquid omnino immutabiliter perma-
nens. Et ideo lex humana
non potest esse omnino immutabilis.
Ad tertium dicendum quod rectum in
rebus corporalibus dicitur abso-
lute. Et ideo semper quantum est
de se manet rectum. Sed recti-
tudo legis dicitur in ordine ad
communem utilitatem cui non semper
proportionatur una eademque
res sicut dictum est. Et ideo
in talibus rectitudo mutatur.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod semper
lex humana quando aliquid
melius occurrit sit mutan-
da. Leges enim humane sunt
adinvente per rationem
humanam sicut et alie artes.
Sed in aliis artibus mutatur
illud quod prius tenebatur
si aliquid melius occurrat.
Ergo idem est etiam faciendum
in legibus humanis.
Preterea ex his que preterita
sunt providere possumus
de futuris. Sed si leges
humane mutate non
fuissent supervenientibus melioribus
adinventionibus multa
inconvenientia sequerentur eo
quod leges antique inve-
niuntur multas ruditates
continere. Ergo videtur quod leges
sunt mutande quotienscumque
melius aliquid occurrit
statuendum. Preterea leges hu-
mane circa singulares actus

hominibus statuuntur in singulis aut perfectam cognitionem adipisci non possunt nisi per experientiam, quae tempore indiget, ut dicitur in 2 ethicorum. Quae tamen per successores temporis postea ad melius ordinari fuerunt.

// successione

Sed contra est quod dicitur decretorum distinctione xii: ridiculum est et satis abhominabile dedecus ut traditiones quas antiquitus a patribus suscepimus infringi patiamur.

' infringi

Respondeo dicendum quod sicut dictum est lex humana intantum recte mutatur inquantum per eius mutationem communi utilitati providetur. Habet autem ipsa legis mutatio, quantum in se est, quoddam detrimentum communis salutis, quia ad observantiam legum plurimum valet consuetudo, intantum quod ea quae contra communem consuetudinem fiunt, etiam si sint leviora de se, graviora videntur. Unde quando mutatur lex, diminuitur vis constrictiva legis, inquantum tollitur consuetudo. Et ideo nunquam debet lex humana mutari nisi ex alia parte tantum recompensetur communi saluti quantum ex ista parte derogatur. Quod quidem contingit vel ex hoc quod aliqua maxima et evidentissima utilitas ex novo statuto provenit, vel ex eo quod est maxima necessitas

// constitutiva

/ ita

ex eo quod lex consueta aut manifestam iniquitatem continet aut eius observatio est plurimum nociva. Unde dicitur a iurisperito quod in rebus novis constituendis evidens debet esse utilitas ut recedatur ab eo iure quod diu aequum visum est.

vel recedatur

Ad primum ergo dicendum quod ea quae sunt artis habent efficaciam ex sola ratione, et ideo ubicumque melior ratio occurrit est mutandum quod prius tenebatur. Sed leges habent virtutem maximam ex consuetudine, ut philosophus dicit in 2 politicorum. Et ideo non sunt de facili mutandae.

Ad 2 dicendum quod ratio illa concludit quod leges sunt mutandae, non tamen pro quacumque melioratione, sed pro magna utilitate vel necessitate, ut dictum est. Et similiter dicendum ad 3.

Ad 3 sic proceditur. Videtur quod consuetudo non possit obtinere vim legis nec legem amovere. Lex enim humana derivatur a lege naturae et a lege divina, ut ex supradictis patet. Sed consuetudo hominum non potest immutare legem naturae nec legem divinam. Ergo etiam nec legem humanam immutare potest.

Praeterea, ex multis malis non potest fieri unum bonum. Sed ille qui incipit primo contra legem agere male facit. Ergo multiplicatis similibus actibus non efficitur aliquod bonum. Lex autem est quoddam bonum, cum sit regula humanorum actuum. Ergo per consuetudinem non potest removeri.

lex ut ipsa consuetudo vim
legis optineat. Tertio quia ferre
legem ad publicas personas
pertinet ad quas pertinet
regere communitatem. Unde privatae
personae legem facere non possunt
sed consuetudo invalescit per
actus privatarum personarum ergo
consuetudo non potest obtinere
vim legis per quam lex re-
moveatur. Sed contra est quod augustinus
dicit in epistola ad paulinum
Mos populi dei et instituta
maiorum pro lege sunt tenenda
Et sicut praevaricatores le-
gum divinarum ita et contemptores
consuetudinum ecclesiasticarum coer-
cendi sunt. Respondeo dicendum quod
omnis lex proficiscitur a ratione
et voluntate legislatoris
lex quidem divina et naturalis
a rationabili dei voluntate lex autem
humana a voluntate hominis
regulata ratione. Sicut autem ratio et voluntas
hominis manifestatur verbo in
rebus agendis ita etiam ma-
nifestatur facto. Hoc enim unus-
quisque eligere videtur ut
bonum quod opere implet.
Manifestum est autem quod verbo
humano potest et mutari lex
et etiam exponi inquantum
manifestat interiorem motum
et conceptum rationis humanae
Unde etiam per actus maxi-
me multiplicatos qui consuetudinem
finiunt efficiunt potest mutari lex
et exponi et etiam aliquid causari
quod legis virtutem obtineat
inquantum scilicet per exteriores

actus multiplicatos interior voluntatis
motus et rationis conceptus
efficacissime declaratur
Cum enim aliquid multotiens
fit videtur quod ex deliberato rationis
iudicio provenire. Et secundum hoc provenire
consuetudo habet vim legis
et legem abolet et est legis
interpretatrix. Ad primum ergo
dicendum quod lex naturalis et
divina procedit a divina
voluntate ut dictum est. Unde
non potest mutari per consuetudinem
procedentem a voluntate hominis sed
solum per auctoritatem divi-
nam mutari posset. Et inde
est quod nulla consuetudo vim ob-
tinere potest contra legem divinam
vel legem naturalem. Dicit
enim Isidorus in synonymis. Usus
rationi vel auctoritati cedat
pravum usum lex et ratio
vincant. Ad 2m dicendum quod vincant
sicut supra dictum est leges
humanae in aliquibus casibus
deficiunt. Unde possibile est
quandoque praeter legem agere
in casu scilicet in quo deficit
lex et tamen actus non erit
malus. Et cum tales casus mul-
tiplicantur propter aliquam mutationem actus
hominum tunc manifestatur per
consuetudinem quod lex ulterius
utilis non est. Sicut etiam
manifestaretur si lex contraria
verbo promulgaretur. Si autem
adhuc maneat ratio eadem
propter quam fuit prima lex
utilis non consuetudo legem
sed lex consuetudinem vincit

nisi forte ipse habet solum
motivis legis vicem / quia
non est potestas secundum consuetudinem
principis que est vim dedo-
minis legis / Dissimile non
est consuetudine multitudinis
mone. ¶ Ad 3m dicendum quod
multitudo in qua consuetudo
introducitur duplicis condicionis
esse potest. Si enim sit libera
multitudo que possit sibi
legem facere plus est
consensus totius multitudinis ad
ad observandum quam
consuetudo manifestat quam
auctoritas principis qui
non habet potestatem condendi le-
gem nisi in quantum gerit
personam multitudinis
Unde licet singule persone
non possint condere legem tamen
totus populus legem condere
potest. Si vero multitudo non
habet liberam potestatem con-
dendi sibi legem / vel
legem a superiori potestate
positam removendi tamen
ipsa consuetudo in tali multi-
tudine prevalens obtinet
vim legis in quantum per
eos toleratur ad quos
pertinet multitudini legem
imponere / ex hoc enim ipso
videtur approbare quod consuetudo
introduxit.

Ad 2m sic proceditur videtur
quod rectores multitudinis
non possint in humanis
legibus dispensare
Lex enim statuta est
pro communi utilitate ut dicit
Ysidorus. Sed bonum commune
non debet intermitti pro commo-
do privato alicuius persone
quia ut dicit philosophus in primo
Ethicorum bonum gentis divinius
est quam bonum unius hominis ergo
videtur quod non debet dispensari
cum aliquo quod contra legem communem
agat. ¶ Preterea illis qui super
alios constituuntur precipitur
Deuteronomii 1° Ita parvum audietis
ut magnum nec accipietis
cuiusquam personam quia dei iudicium
est. Sed concedere alicui quod
communiter omnibus denegatur
videtur esse acceptio personarum / ergo huius
dispensationes facere rectores mul-
titudinis non possunt cum hoc
sit contra preceptum legis divine
¶ Preterea lex humana si sit recta
oportet quod consonet legi naturali
et divine. Aliter enim non con-
gruit religioni nec conve-
niret discipline quod requiritur
ad legem ut dicit Ysidorus.
Sed in lege divina et naturali
nullus homo potest dispensare
ergo etiam nec in lege humana
¶ Sed contra est quod dicit apostolus
ad Corinthios dispensatio
mihi tradita est. ¶ Respondeo dicendum
quod dispensatio proprie importat
commensurationem alicuius communis
ad singula / Unde et guber-
nator familie
dicitur dispensator in quantum
unicuique de familia
cum pondere
et mensura distribuit
et operationes et victua-
lia. Sic igitur et in qua-
libet multitudine ex eo dicitur
aliquis dispensare quod ordinat
qualiter ad preceptum

commune sit a singulis adimpleri, contingit autem quandoque quod aliquod preceptum quod est ad commodum multitudinis ut in pluribus non est conveniens huic persone vel in hoc casu, quia vel per hoc impediretur aliquid melius, vel etiam induceretur aliquod malum, sicut ex supradictis patet. Periculosum autem esset ut hoc iudicio cuiuslibet committeretur, nisi forte propter evidens et subitum periculum, ut supra dictum est. Et ideo ille qui habet regere multitudinem habet potestatem dispensandi in lege humana que sue auctoritati innititur, ut scilicet in personis vel casibus in quibus lex deficit

licentiam licentiam tribuat ut preceptum legis non servetur. Si autem absque ratione pro sola voluntate licentiam tribuat, non erit fidelis in dispensatione aut erit imprudens; infidelis quidem si non habet intentionem ad bonum commune, imprudens autem si rationem dispensandi ignoret. Propter quod dominus dicit Luce xii: Quis putas est fidelis dispensator et prudens quem constituit dominus super familiam suam. Ad primum ergo dicendum quod cum aliquis dispensatur ut legem communem non servet, non debet fieri in preiudicium boni communis, sed ea intentione ut ad bonum commune proficiat. Ad 2m dicendum

quod non est contra equitatem iustitie si non serventur equalia in personis inequalibus. Unde quando conditio alicuius persone requirit ut rationabiliter in eo aliquid specialiter observetur, non est personarum acceptio si sibi aliqua specialis gratia fiat. Ad 3m dicendum quod lex naturalis inquantum continet precepta communia que nunquam fallunt, dispensationem recipere non potest. In aliis vero preceptis que sunt quasi conclusiones preceptorum communium quandoque per hominem dispensatur, puta quod mutuum non reddatur proditori patrie, vel aliquid huiusmodi. Ad legem autem divinam ita se habet quilibet homo sicut persona privata ad legem publicam cui subicitur. Unde sicut in lege humana publica non potest dispensare nisi ille a quo lex auctoritatem habet vel is cui ipse commiserit, ita in preceptis iuris divini que sunt a deo nullus potest dispensare nisi deus vel cui ipse specialiter committeret.

conclusiones

xcviij

Consequenter considerandum est de lege veteri. Et primo de ipsa lege; secundo de preceptis eius. Circa primum queruntur sex. Primo utrum lex vetus sit bona. 2o utrum sit a deo. 3o utrum a deo mediantibus

angelis. Quarto utrum data sit omnibus. Quinto utrum omnes obligaret. Sexto utrum congruo tempore fuerit data.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod lex vetus non fuit bona. Dicitur enim Ezechielis xx: Dedi eis precepta non bona, et iudicia in quibus non vivent. Sed lex non dicitur bona nisi propter bonitatem preceptorum que continet. Ergo lex vetus non fuit bona. Preterea ad bonitatem legis (// legis) pertinet ut communi saluti proficiat, sicut dicit Isidorus. Sed lex vetus non fuit salutifera, sed magis mortifera et nociva. Dicit enim apostolus ad Romanos vii: Sine lege (// enim) peccatum mortuum erat, ego autem vivebam sine lege aliquando; cum autem venisset mandatum, peccatum revixit, ego autem mortuus sum. Et Romanos v°: Lex subintravit ut habundaret delictum. Ergo lex vetus non fuit bona. Preterea ad bonitatem legis pertinet quod sit possibilis ad observandum et secundum naturam et secundum consuetudinem. Sed hoc non habuit lex vetus. Dicit enim Petrus Actuum xv°: Quid temptatis imponere iugum super cervicem discipulorum quod (// nos) nec vos nec patres nostri portare potuimus. Ergo videtur quod lex vetus non fuit bona. Sed contra est quod apostolus dicit Romanos vii: Itaque quidem lex est sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. Respondeo dicendum quod absque omni dubio lex vetus bona fuit. Sicut enim doctrina ostenditur vera ex hoc quod consonat rationi recte, ita et lex ostenditur esse bona ex eo quod consonat rationi. Lex autem vetus rationi concordabat, quia concupiscentiam reprimebat, que rationi adversatur, ut patet in illo mandato: Non concupisces rem proximi tui, quod ponitur Exodi xx. Ipsa etiam omnia peccata prohibebat que sunt contra rationem. Unde manifestum est quod bona erat. Et hec est ratio apostoli Romanos vii: Condelector, inquit, legi dei secundum interiorem hominem. Et iterum: Consentio legi quoniam bona est. Sed notandum quod bonum diversos gradus habet, ut dicit Dionysius iiii c. de divinis nominibus. Est aliquod bonum perfectum. Perfecta quidem bonitas est in hiis que ad finem ordinantur, quando aliquid est tale quod per se sufficiens est inducere finem. Imperfectum autem bonum est quod operatur aliquid ad hoc quod perveniatur ad finem, non tamen sufficit ad hoc quod perveniatur ad finem, non tamen sufficit ad hoc quod ad finem perducat, sicut medicina perfecta bona est que hominem ~~fuit~~ sanat, imperfecta autem est que hominem adiuvat sed sanare non potest. Est autem considerandum quod alius est finis legis humane et alius legis divine. Legis autem humane finis est temporalis tranquillitas civitatis, ad quem finem pervenit lex cohibendo exteriores actus quantum ad illa mala que possunt perturbare pacificum statum civitatis. Finis autem legis divine est perducere hominem ad finem felicitatis eterne, qui quidem finis

impediri per concupiscentiam peccati
non solum per actus exterio
res sed etiam interiores. Et ideo
id quod sufficit ad perfectionem
legis humane ut scilicet peccata
prohibeat et penam apponat
non sufficit ad perfectionem legis
divine. Sed oportet quod totum
hominem faciat idoneum ad
participationem felicitatis eterne
quod quidem fieri non potest nisi
per gratiam spiritus sancti per quam
diffunditur caritas in cordibus
nostris que legem adimplet.
Gratia enim dei vita eterna ut
dicitur Ro. vi. Hanc autem
gratiam lex vetus conferre non
potuit. Reservabatur enim hoc
Christo. Quia ut dicitur Joh. i.
Lex per Moysen data est
gratia et veritas per Ihesum Christum
facta est. Et inde est quod lex
vetus bona quidem est sed imperfecta
secundum illud Hebr. vii. Nichil ad
perfectum adduxit lex.
Ad secundum ergo dicendum quod deus ibi
loquitur de preceptis cerimonialibus
que quidem dicuntur non bona
quia gratiam non conferebant per quam
homines a peccatis mundarentur.
Cum tamen per hoc se peccatores
ostenderent ubi designanter dicitur. Et iudi
cia in quibus non vivent
id est per que vitam gratie obti
nere non poterant. Et postea sub
ditur. Et pollui eos in
muneribus suis id est pollutos
ostendi cum offerrent omne
quod aperit vulvam pro delic
tis suis. Ad tertium dicendum quod
lex dicitur occidisse non quidem
effective sed occasionaliter ex sua

imperfectione inquantum scilicet gratiam non con
ferebat per quam homines implere
possent quod mandabat vel
vitare quod vetabat. Et sic occasio
ista non erat data sed sumpta
ab hominibus. Unde et apostolus
dicit Ro. vii. Occasione accepta
peccatum per mandatum seduxit
me et per illud occidit. Et
ex hac etiam ratione dicitur quod lex
subintravit ut habundaret
delictum. Ut hic ut teneatur
consecutive non causaliter
scilicet homines accipientes occasionem
a lege habundantius peccaverunt
tum quia gravius fuit peccatum
post legis prohibitionem, tum etiam
quia concupiscentia crevit, magis
enim concupiscimus quod nobis
prohibetur. Ad quartum dicendum quod
iugum legis servari non poterat
sine gratia adiuvante quam lex
non dabat. Dicitur enim Ro. ix.
Non est volentis neque currentis
scilicet velle et currere in preceptis
dei sed miserentis dei. Unde
in ps. dicitur viam mandatorum tuorum cucurri
cum dilatasti cor meum scilicet per donum gratie
et caritatis.

vii

Ad secundum queritur sic proceditur videtur
quod lex vetus non fuit
a deo. Dicitur enim Deutero. xx
xii. Dei perfecta sunt opera.
Sed lex fuit imperfecta ut supra
dictum est. Ergo lex vetus non
fuit a deo. Preterea Ecclesiastes iii
dicitur quod omnia opera que fecit deus
perseverant in eternum. Sed
lex vetus non perseveravit; dicit
enim apostolus ad Hebr. vii.
Reprobatio fit quidem precedentis
mandati propter infirmitatem eius

et inutiliter ergo lex vetus non
fuit a deo. ¶ Praeterea ad sapientiam
legislatoris pertinet non solum
mala auferre sed etiam
occasiones malorum. Sed lex
peccati — vetus fuit occasio ut supra dic-
tum est. ergo ad deum cui nullus
est similis in legislatoribus
ut dicitur Job xxxvi non
pertinebat talem legem dare. ¶
timotheum — Praeterea prima ad Thess 2 dicitur
Deus vult omnes homines
salvos fieri. Sed lex vetus
non sufficiebat ad salutem
omnium hominum ut supra dictum est.
ergo ad deum non pertinebat
talem legem dare. ergo lex
vetus non est a deo. ¶ Sed contra
est quod dominus dicit Matth xv loquens
Judeis quibus erat lex
vetus data. Irritum fecistis
propter — mandatum dei traditiones
vestras. Et paulo ante praemittitur
Honora patrem tuum
et matrem tuam quod manifeste in
lege veteri continetur. ergo lex
vetus est a deo. ¶ Respondeo dicendum
quod lex vetus a bono deo data
est qui est pater domini nostri
Jhesu Christi. Lex enim vetus
homines ordinabat ad Christum
dupliciter. Uno modo quidem testimonium
Christo perhibendo. Unde ipse dicit
Luce ultimo. Oportet impleri omnia que
sunt — scripta in lege et prophetis
Si — de me. Et Joh v. Crede-
retis moysi crederetis et mihi forsi-
tan. De me enim ille scripsit.
Alio modo per modum cuiusdam dispo-
sitionis dum retrahens
homines a cultu ydolatrie
concludebat eos sub

cultu unius dei a quo salus
humani generis erat futura per Christum.
Unde apostolus dicit ad Gal iii. Prius-
quam veniret fides sub lege
custodiebamur conclusi in eam
fidem que revelanda erat. Manife-
stum est autem quod eiusdem est dispo-
nere ad finem et ad finem per-
ducere. Et dico eiusdem per se
vel per suos subditos. Non enim — subditos
diabolus legem tulisset per quam
homines adducerentur ad Christum
per quem erat eiciendus secundum illud
Matth xii. Si sathanas
sathanam eicit divisus est in regnum
eius. Et ideo ab eodem deo a quo
facta est salus hominum per gratiam
Christi lex vetus data est. ¶
Ad primum ergo dicendum quod nihil prohibet
aliquid non esse perfectum simpliciter quod tamen
est perfectum secundum tempus sicut dicitur
aliquis perfectus non simpliciter sed — puer
secundum conditionem. Ita etiam et pre- — temporis
cepta que pueris dantur
sunt quidem perfecta secundum conditionem
eorum quibus dantur. Et si non
sunt perfecta simpliciter. Et talia
fuerunt praecepta legis. Unde apostolus
dicit ad Gal iii. Lex pe-
dagogus noster fuit in Christo.
¶ Ad secundum dicendum quod opera dei
perseverant in eternum perseverare — que sic deus facit vult in eternum perseverare et hec sunt
et hec sunt ea que sunt perfecta.
Lex autem vetus reprobatur
tempore perfectionis gratie non tamquam
mala sed tamquam infirma
et inutilis pro tempore isto quia ut
subditur nihil ad perfectum ad-
duxit lex. Unde et ad Gal.
iii dicit apostolus. Ubi venit
fides iam non sumus sub pedagogo.

¶ Ad 3m dicendum quod sicut supra dictum
est. Deus permittit aliquos
alios cadere in peccatum ut ex
inde humilientur. Ita etiam
voluit talem legem dare
quam suis viribus homines
implere non possent. Et sic homines
de se presumentes peccatores
se invenientes humiliati re-
currerent ad auxilium dei. ¶
Ad 4m dicendum quod quamvis lex
vetus non sufficeret ad salvandum
hominem, tamen aderat a deo
aliud auxilium hominibus, adeo simul
cum lege per quod salvari
poterant, scilicet fides mediatoris
per quam iustificati sunt an-
tiqui patres sicut et nos
iustificamur. Et sic deus non
deficiebat hominibus quin
daret eis salutis auxilia.

Ad 3m sic proceditur. Videtur quod
lex vetus non fuerit
data per angelos sed im-
mediate a deo. Angelus enim
nuncius dicitur. Et sic nomen angeli
ministerium importat non dominium
ut patet in ps. Benedicite omnes an-
geli eius ministri eius. Sed lex ve-
tus a domino tradita esse
perhibetur. Dicitur enim Exo. xx.
Locutus est dominus sermones
hos. Et postea subditur. Ego
sum dominus deus tuus. Et idem
modus loquendi frequenter re-
petitur in Exodo et in libris
sequentibus legis. Ergo lex est
immediate data a deo. ¶ Pre-
terea Ioh. 1o Lex per moy-
sen data est. Sed moyses
immediate accepit a deo. Di-
citur enim Exo. xxxiii. Loque-
batur dominus moysi facie
ad faciem sicut loqui solet
homo ad amicum suum. Ergo lex
vetus immediate data est a deo. ¶
Preterea ad solum principem pertinet
legem facere sicut supra dictum
est. Sed solus deus est princeps
animarum. Angeli vero sunt admini-
stratorii spiritus ut dicitur ad
Hebr. i. Ergo lex vetus per
angelos dari non debuit cum
ordinaretur ad animarum salutem.
¶ Sed contra est quod apostolus dicit ad
Gal. iii. Lex data est per
angelos in manu mediatoris.
Et Act. vii dicit Stephanus
Accepistis legem in dispositione
angelorum. ¶ Respondeo dicendum quod lex
data est a deo per angelos. Et pre-
ter generalem rationem quam dionysius
assignat in iiii c. de celesti
hier. quod divina debent deferri
ad homines mediantibus angelis, spe-
cialis ratio est quare legem veterem per
angelos dari oportuit. Dictum
est enim quod lex vetus imperfecta
erat sed disponebat ad perfec-
tam salutem generis humani que
futura erat per christum. Sicut
autem videmus in omnibus potesta-
tibus et artibus ordinatis
quod ille qui est superior principalem
et perfectum actum operatur per seipsum,
ea vero que disponunt ad perfec-
tionem ultimam operatur per
suos ministros, sicut navis factor
compaginat navem per se ipsum,
preparat autem materiam per artifices
subministrantes. Et ideo conveniens
fuit ut lex perfecta novi
testamenti immediate daretur
per ipsum hominem factum

aliud

dominium

Lex autem vetus per ministros
dei scilicet per angelos dabatur
hominibus. Et per hunc modum
apostolus dicit ad Hebreos comparat
eminentiam legis nove ad
veterem. Quia in novo te-
stamento locutus est nobis deus in
filio suo. In veteri autem testamento
servo suo ut dicit Paulus. Ad
primum ergo dicendum quod sicut Gregorius dicit in
principio moralium angelus qui dicitur
Moysi apparuisse describitur
modo angelus modo dominus, angelus
videlicet propter hoc quod
exterius loquendo serviebat
Dominus autem dicitur quia interius
presidens loquendi efficaciam
ministrabat. Et inde etiam est
quod quasi cum domino loquebatur.
Ad secundum dicendum quod
sicut Augustinus dicit xii super Genesim
ad litteram in Exodo dicitur locutus
dominus Moysi facie ad faciem
Et paulo post subditur: Osten-
de michi gloriam tuam. Sentiebat
ergo quod videbat et quod
non videbat desiderabat. Non
ergo videbat ipsam dei substan-
tiam et ideo non directe ab eo
instruebatur. Cum ergo dicitur quod
loquebatur ei facie ad faciem
secundum opinionem populi loquitur scriptura
que putabat Moysen ore
ad os loqui cum deo, cum per
subiectam creaturam vel per angelum
et imaginem ei loqueretur et
appareret. Vel per visionem faciei
intelligitur quedam eminens contemplatio
et familiaris infra essentie
[illegible] visionem. Ad tertium dicendum
quod solius principis est sua

Exodi — michi — opinionem

auctoritate legem instituere. Sed quandoque
legem institutam per alios promulgat et ita deus sua auctoritate
legem instituit, Paulus promulgat.

Deinde queritur utrum lex
vetus non debuit soli dari
populo Iudeorum. Lex enim vetus
disponebat ad salutem que futura
erat per Christum ut dictum est. Sed
salus illa non erat futura so-
lum in Iudeis sed in omnibus
gentibus. Ysaie xlix:
Parum est ut sis mihi servus
ad suscitandas tribus Iacob
et feces Israel convertendas. Dedi
te in lucem gentium ut sis sa-
lus mea usque ad extremum terre.
Ergo lex vetus dari debuit omnibus
gentibus et non uni populo tantum. Preterea
sicut dicitur Actuum x: Non est personarum
acceptor deus sed in omni gente
qui timet deum et facit iustitiam
acceptus est illi. Non ergo magis
uni populo quam aliis viam salutis
debuit aperire. Preterea lex data
est per angelos sicut iam dictum est,
sed ministeria angelorum deus non
solum dat Iudeis sed omnibus
gentibus. Preterea sicut dicitur
Ecclesiastici xvii: In unamquamque
gentem preposuit rectorem. Etiam omnibus
gentibus temporalia bona largitur que
minus sunt cure deo quam spiritualia
bona. Ergo etiam legem omnibus
gentibus specialiter dare debuit.
Sed contra est quod dicitur Romanorum iii: Quid
ergo amplius est Iudeo? Multum
per omnem modum.
Primum quidem quia credita sunt
illis eloquia dei. Et in Psalmo
dicitur: Non fecit taliter omni nationi
et iudicia sua non manifestavit eis.

57

L4o dicit quod quarto potest assignari
quare post tempus multorum annorum
data sit lex quam aliis populis /
quam aliis ad ydolatriam
declinantibus, solus populus Iude-
orum in cultu unius dei
remansit. Et ideo alii populi
indigni erant legem recipe-
re sanctam tamquam dantes.
Sed ista ratio non valet quia eius
contrarium populus ille etiam post legem
datam ad ydolatriam declinavit
quod communiter fuit ut patet Exodi
xxxii et Amos v Numquid
victimas et hostias
obtulistis mihi in deserto xl
annis domus Israel et portastis
tabernaculum moloch vestro
et ymaginem ydolorum vestrorum,
sydus dei vestri quae fecistis vobis.
Expresse etiam dicitur Deut. ix Non
propter iustitias tuas dominus
deus tuus dedit tibi terram
hanc in possessionem ad possidendam
eam sed quia [illegible] Sed propterea
ut compleret verbum suum dominus
quod sub iuramento pollicitus est
patribus tuis Abraham Isaac
et Jacob. / quae autem promissio
sit eis facta ostendit apostolus
ad Gal. iii d Abrahe dic-
te sunt promissiones / et semini eius
non dicit seminibus quasi in multis
sed quasi in uno et semini tuo
quod est Christus dicit / et lege
et alia beneficia spiritualia
illi populo exhibuit propter promis-
sionem eorum patribus factam
ut de eis Christus nasceretur
credebat enim ut ille populus

moloch deo vestro
sydus dei vestri

ex quo Christus nasciturus erat
quadam spirituali sanctificatione pol-
leret. Vel id quod dicitur Levit. xix
Sancti eritis quia ego sanctus
sum. Nec etiam ex suis meritis fuit
primus Abrahe ut talis pro-
missio ei fieret ut patet ex
eo quod eius semini etiam promittitur
per gratuita electione et vo-
catione. Unde dicitur Ysa. xli Quis
suscitavit ab oriente
iustum vocabit eum ut se-
queretur se. Sic ergo patet quod ex
sola gratuita electione patres pro-
missionem acceperunt et populus
eorum ex gentibus legem accepit
sunt, id est Deutero. iiii Credi-
sis quod deus de medio istius
qui dilexit patres et elegit
semen eorum post illos. Si autem
inquiris quare hunc
populum elegit ut ex eo Christus
nasceretur et non alium, vide
Augustini quod dicit super
Jo. quare hunc trahat vel
illum non trahat noli velle
diiudicare si non vis errare.
Ad primum ergo dicendum quod communis
salus futura per Christum erat
omnibus gentibus preparata tamen
oportebat ex uno populo Christum
nasci qui propter hoc specialibus
prerogativis claruit. Unde
Roma. ix quorum secundum
carnem est adoptio filiorum
dei et testamentum legislatio
quorum patres ex quibus Christus
est secundum carnem. Ad 2m dicendum
quod acceptio personarum locum habet

in hiis que ex debito dantur. In hiis vero que conferuntur voluntarie conferuntur acceptio personarum locum non habet. Non est enim personarum acceptor qui de liberalitate sua dat uni et non alteri sed si esset dispensator quorum et non distribueret equaliter secundum merita personarum esset personarum acceptor. Salutaria autem beneficia deus humano generi confert ex sua gratia. Unde non est personarum acceptor si quibusdam pre aliis confert. Unde dicit Augustinus in libro de predestinacione sanctorum. Omnes quos docet misericordia docet quos autem non docet iudicio non docet. Hoc enim venit ex dampnacione humani generis pro peccato primi parentis. Ad 3m dicendum quod beneficia gratie subtrahuntur homini propter culpam sed beneficia naturalia non subtrahuntur inter que sunt ministeria angelorum que ipse naturarum requirit ordo (natura) ut scilicet per media gubernentur infima, et etiam corporalia subsidia que non solum hominibus sed etiam iumentis deus administrat. Secundum id psalmi homines et iumenta salvabis domine etc. // vide

Ad 4 sic proceditur quod omnes homines obligabantur ad observanciam veterem legem. Quicunque enim subditur regi oportet quod subdatur legi ipsius. Sed lex vetus data est a deo qui est rex omnis terre ut dicitur in psalmo. Ergo omnes habitatores terre tenebantur ad legis observanciam. Praeterea iudei salvari non poterant nisi legem veterem observarent. Dicitur enim Deuteronomio xxvii. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius nec eos opere perficiat. Si ergo alii homines sine observancia veteris legis potuissent salvari peior fuisset condicio iudeorum quam aliorum hominum. Praeterea gentiles ad ritum iudaicum et ad observancias admittebantur. Dicitur enim Exodo xii. Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam et facere phase domini circumcidetur prius omne masculinum eius et tunc rite celebrabit eritque simul sicut indigena terre. Frustra autem ad observancias legales fuissent extranei admissi ex ordinacione divina si absque legalibus observanciis salvari potuissent. Ergo nullus salvari poterat nisi legem servaret. (lege)

Sed contra est quod Dionysius dicit ix c. celestis ierarchie multi gentilium per angelos sunt reducti in deum. Sed constat quod gentiles legem non observabant. Ergo absque observancia legis poterant aliqui salvari. Respondeo dicendum quod lex vetus manifestabat precepta legis nature et superaddebat quedam propria precepta. Quantum vero ad illa que lex vetus continebat de lege nature omnes tenebantur ad observanciam veteris legis non quia erant de veteri lege sed quia erant de lege nature. Sed quantum ad illa que lex vetus superaddebat non tenebantur aliqui ad observanciam veteris legis nisi solus populus iudeorum. Cuius

iusticie et eterna lex vetus sed dum est data est ipsis iudeis ut quandam prerogativam sanctitatis obtinerent propter reverentiam Christi qui ex illo populo nasciturus erat. Quecumque autem statuuntur ad specialem alicuius sanctificationem non obligant nisi illos. Sicut ad quedam obligantur clerici qui mancipantur divinis ministeriis ad que laici non obligantur. Similiter et religiosi ad quedam perfectionis opera obligantur ex sua professione ad que seculares non obligantur. Similiter et ad quedam specialia obligabatur populus ille ad que alii populi non obligabantur. Unde dicitur Deut. xviii: Perfectus eris et absque macula cum Domino Deo tuo. Et propter hoc quadam professione utebantur, ut patet Deut. xxvi: Profiteor hodie coram Domino Deo tuo etc.

Ad primum ergo dicendum quod quicumque subduntur regi ex hoc obligantur ad legem eius quam communiter omnibus proponit; sed si instituit aliqua observanda a suis familiaribus,

// ministris ad hoc ceteri non obligantur

Ad 2 dicendum quod homo quanto Deo magis coniungitur tanto efficitur melioris conditionis. Et ideo quanto populus iudeorum erat astrictus magis ad divinum cultum dignior aliis populis erat. Unde dicitur Deut. iv: Que est alia gens sic inclita ut habeat cerimonias (/ cerimonias) iustaque iudicia et universam legem? Et similiter etiam quantum ad hoc sunt melioris conditionis clerici quam laici et religiosi quam seculares.

Ad 3 dicendum quod gentiles perfectius et securius salutem consequebantur sub observantiis legis quam sub sola lege naturali, et ideo ad eas admittebantur; sicut et nunc laici transeunt ad clericatum et seculares ad religionem, quamvis absque hoc possent salvari.

Ad 6 sic proceditur. Videtur quod lex vetus non convenienter fuit data in tempore Moysi. Quia lex vetus disponebat ad salutem que erat futura per Christum, sicut dictum est. Sed statim homo post peccatum indiguit huius salutis remedio. Ergo statim post peccatum lex vetus dari debuit. Preterea lex vetus data est propter sanctificationem eorum ex quibus Christus erat nasciturus. Sed Abrahe incepit esse promissio de semine quod est Christus, ut dicitur Gen. xii. Ergo statim tempore Abrahe debuit lex dari. Preterea sicut Christus non fuit natus ex aliis filiis Abrahe nisi ex David cui est promissio renovata, secundum illud 2 Reg. xxiii: Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Iacob, ita lex vetus debuit dari post David sicut data est post Abraham. Preterea Apostolus dicit ad Gal. iii quod lex propter transgressionem posita est donec veniret semen cui promiserat, ordinata

Per angelos in manu me-
diatoris id est ordinabiliter data ut
dicit glossa. Ergo conveniens fuit
ut lex vetus illo tempore or-
dine traderetur. ¶ Respondeo dicendum
quod convenientissime lex vetus
data est tempore moysi. Cuius ra-
tio accipi potest ex duobus secundum quod ex
quibus duobus generibus hominum
imponitur. Imponitur enim quibus-
dam duris et superbis qui
per legem compescuntur et
domantur. Imponitur etiam bonis
qui per legem instructi ad-
iuvantur adimplere quod
intendunt. Conveniens igitur
fuit legem veterem tali tempore
dari ad superbiam hominum
convincendam. De duobus enim
superbiebat scilicet de scientia et de
potentia. De scientia quidem quasi ratio
naturalis posset ei sufficere ad
salutem. Et ideo ut de hac eius
superbia convinceretur permissus
est homo regimini sue rationis
absque adminiculo legis scripte
et experimento homo discere potuit
quod patiebatur rationis defectum
per hoc quod homines usque ad
ydolatriam et turpissima vi-
cia circa tempora abrahe sunt prolapsi.
Et ideo post hec tempora fuit necessarium
legem scriptam dari in re-
medium humane ignorantie.
Quia per legem est cognitio
peccati ut dicitur Ro 3. Sed postquam
homo est instructus per
legem convicta est eius superbia
de infirmitate dum adimple-
re non poterat quod cognoscebat.
Et ideo sicut apostolus concludit Ro
8o quod impossibile erat
legi in qua infirmabatur

ordinabiliter

per sensum

per carnem misit deus filium
suum ut iustificatio legis imple-
retur in nobis. Ex parte vero
bonorum lex data est in auxi-
lium quod quidem tunc primo ma-
xime necessarium fuit quando lex naturalis
obscurari incipiebat propter ex-
uberantiam peccatorum. Oportebat
autem huiusmodi auxilium quodam
ordine dari ut per imperfecta ad
perfectionem manuduceret. Et ideo
inter legem nature et legem gratie
oportuit legem veterem dari.
¶ Ad primum ergo dicendum quod statim
post peccatum primi hominis non com-
petebat legem veterem dari
tum quia homo nondum recognoscebat
se ea indigere de sua ratione
confisus. tum quia adhuc dictamen
legis nature nondum erat
obtenebratum per consuetudinem
peccandi. ¶ Ad 2 dicendum quod lex
non debet dari nisi populo. Est
enim preceptum quoddam ut supra dictum
est. Et ideo tempore abrahe da-
ta sunt quedam familiaria pre-
cepta et quasi domestica dei ad
homines. Sed postmodum eius de-
scendentibus multiplicatis intantum ut populus
esset et libertate eius assumpte
lex convenienter potuit dari.
Servi autem hii non sunt pars popu-
li vel civitatis ad quos legem dari
competit ut philosophus dicit in 3o
politicorum. ¶ Ad 3 dicendum quod quia
legem oportebat alicui populo dari
non solum illi ex quibus natus
est christus legem acceperunt
sed totus populus consignatus sigillo
circumcisionis que fuit signum
promissionis abrahe facte et
et credite ut dicit apostolus

observari

Rationis m° Et ideo autem dat(ur)
optime legem dari tempore ppe-
cam collatam

Deinde considerandum est de praeceptis
veteris legis. Et primo de dis-
tinctione ipsorum. Secundo de singulis
generibus distinctis. Circa primum
quaeruntur sex. Primo utrum lege
veteris sint plura praecepta vel
unum tantum. Secundo utrum lex contineat
aliqua praecepta moralia. Tertio utrum
contineat praeter haec ceremonialia. Quarto utrum
ista tria contineat et alia. Quinto
de modo quo lex inducebat
ad observantiam praeceptorum.

Lex vetus praeter moralia continet ceremonialia

Ad primum sic proceditur. Videtur quod
in lege veteri non contine-
tur nisi unum praeceptum. Lex
enim nihil aliud est quam praecep-
tum ut supra habitum est. Sed
lex vetus est una. Ergo non
continet nisi unum praeceptum.
Praeterea apostolus dicit Romanos XIII:
Si quod est aliud mandatum in hoc
verbo instauratur: Diliges proximum
tuum sicut teipsum. Sed
istud mandatum est unum. Ergo
lex vetus non continet nisi unum
mandatum. Praeterea Matthaei VII dicitur:
Omnia quaecumque vultis ut
faciant vobis homines et vos
facite illis, hoc enim est
lex et prophetae. Sed tota lex vetus
continetur in prophetis. Ergo tota
lex vetus non habet nisi unum
praeceptum. Sed contra est quod apostolus
dicit ad Ephesios II°: legem
mandatorum decretis evacuans.
Et loquitur de lege veteri ut patet
per glossam ibidem. Ergo lex ve-
tus continet in se multa
mandata. Respondeo dicendum quod

instauratur

praeceptum legis cum sit
obligatorium est de aliquo quod
fieri debet. Quod autem aliquid
debeat fieri hoc provenit
ex necessitate alicuius finis.
Unde manifestum est quod de ratione
importat ordinem ad finem
inquantum scilicet id praecipitur quod est
necessarium vel expediens ad fi-
nem. Contingit autem ad finem
unum multa esse necessaria vel
expedientia et secundum hoc possunt de
diversis rebus dari praecepta
inquantum ad unum ordinantur
finem. Unde dicendum est quod omnia
praecepta veteris legis sunt
unum secundum ordinem ad unum fi-
nem, sunt tamen multa secundum di-
versitatem eorum quae ordinantur
ad finem illum. Ad primum ergo
dicendum quod lex vetus dicitur esse una
secundum ordinem ad finem unum
et tamen continet diversa praecepta
secundum distinctionem eorum quae
ordinat in finem. Sicut
etiam ars aedificativa est una
secundum unitatem finis quia tendit
ad aedificationem domus, tamen
continet diversa praecepta secundum diver-
sos actus et ad hoc ordina-
tos. Ad secundum dicendum quod sicut
apostolus dicit I ad Thimotheum primo:
finis praecepti caritas est.
Ad hoc enim omnis lex tendit
ut amicitiam constituat hominum
ad invicem vel hominis
ad deum. Et ideo tota lex im-
pletur in hoc uno mandato:
Diliges proximum tuum
sicut teipsum, sicut in quo-
dam fine mandatorum omnium

In dilectione autem proximi inclu-
ditur etiam dilectio dei quando
proximus diligitur propter deum
Unde apostolus unum preceptum
posuit pro duobus que sunt
de dilectione dei et proximi
de quibus dominus dicit Math.
xxii° In hiis ~~duobus~~
duobus preceptis pendet
omnis lex et prophete Ad 3m
dicendum quod sicut dicitur in ix ethicorum
Amicabilia que sunt ad
alterum venerunt ex amicabilibus
que sunt hominis ad se ipsum
dum scilicet homo ita se habet
ad alterum sicut ad se Et
ideo in hoc quod dicitur omnia quecumque
vultis ut faciant vobis
homines et vos facite illis
explicatur quedam regula di-
lectionis proximi que etiam
implicite continetur in hoc quod
dicitur diliges proximum tuum
sicut te ipsum unde est quedam
explicatio huius mandati
Ad 2m sic proceditur videtur
quod lex vetus non conti-
neat precepta moralia
lex enim distinguitur a lege
nature ut supra habitum est Sed
precepta moralia pertinent
ad legem nature ergo non pertinent
ad legem veterem Praeterea
sub[venire] debuit homini lex
divina ubi deficit ratio
humana sicut patet in hiis
que ad fidem pertinent que
sunt supra rationem sed precepta
(sunt moralia non de lege ve-
teri que est lex divina Praeterea

lex vetus dicitur littera occidens
ut patet ii ad Cor. iii° Sed
precepta moralia non occidunt
sed vivificant secundum illud psalmi
In eternum non obliviscar iu-
stificationes tuas quia in ipsis vi-
vificasti me Ergo precepta
moralia non pertinent ad le-
gem veterem Sed contra est quod
dicitur Eccl. xvii Addidit
illis disciplinam et legem
vite hereditavit eos Disciplina
autem pertinet ad mores dicit
enim glossa ad Heb. xii super
id Omnis disciplina etc. disciplina
est eruditio morum per diffi-
cilia Ergo lex a deo data
precepta moralia continebat
Respondeo dicendum quod lex vetus
continebat precepta quedam
moralia ut patet Exo. xx
Non occides Non furtum
facies et hoc rationabiliter Nam
sicut intentio principalis legis
humane est ut faciat ami-
citiam hominum ad invicem ita
intentio legis divine est ut principaliter constituat
constituat principaliter amicitiam
hominis ad deum Cum autem si-
militudo sit ratio amoris secundum
illud Eccli. xiii Omne animal
diligit sibi simile impossibile
est esse amicitiam hominis
ad deum qui est optimus
nisi homines boni efficiantur
unde dicitur Levit. xix Sancti
eritis quia ego sanctus sum
Bonitas autem hominis est
virtus que bonum facit habentem

Et io q' oznit p'cepta vete
ris legis etia' de actibus v'
tutum dari et h'ec s't mo'lia
p'cep' ¶ Ad p'm ergo d'r q' lex
vetus distinguitur a lege n'e no'
tamq'm ab ea aliena s' tamq'
ad ei s'radens s't n' gratia
p'supp'ot n'am/ ita oz q' lex
divina p'supponat legem n'lem
¶ Ad 2. d'r q' legi divine
vt que n'le cat no' so'lum
p'uid't homi in hys ad q'
ro' no' p't Oz ec' in hys ita
ita q' ctingit ro'm hois impe
di. ratio aut hois ita p'c
cepta mo'lia q'm ad ipa
c'munissima p'cep' legis n'e no'
potat errare in v'li/ s' t'n
consuetudine p'p' c'suetudi' obs'rvaba' in
ptibus agendis/ ita vo alia
precepta mo'lia que sunt q'i
quos c'clus deducte ex p'ncipiis
quibus p'ncipiis legis n'e multoru'
ro' obs'rvaba'/ ut quedam
que s'. se sunt mala ro' mul
toru' ratio indicabat lic'ta
oportuit q' utrisq' defcui ho'
homi subveniret per auc'tz legis
divine sicut ec' int' credenda
non solu' p'ponu't nobis ea
ea que ro' attingere no'
p't ut deum esse trinu'
s' ec' ad que ro' recta
ad c'cludendu' humane ro'
nis errore q'm ... cadebat
in multis ¶ Ad 3. d'r q'
augus. p'b i li. de sp'u et
litt'a al' legis q'm
ad p'cepta moralia dicit'
occidere occasional' ... inquantum
s' p'cipit q' bonu' s' non
p'bens

|| ita ro' p'rige
potuit ut di

... ampliud ... adimpleuit
D 3. sic p'ce' vi' q' lex
vetus no' c'tinet p'cep
ta cerimonialia s't moralia
c'tinet n' lex que homibus
d'z da' e' directiuu' humanor
actuu' perty? s't humani mo'
rales qui ut s' d'cm e'/ ergo
vi' q' in lege veteri hoibus
dari no' debeat nec c'tineri
n' p'cepta moralia ¶ ... p'cep
ta moralia que dnr cerimo
nialia inducunt' ad divinu'
cultu' p'tine'. s' divinus
cultus est actus v'tutis s'lic'
s't religionis que ut tullius
dt in sua rethor'ca divine n're
cultu' cerimoniale affert
ergo i' precepta moralia sit
de actibus v'tutu' ut d'cm e'
vi' q' p'cep' cerimonialia no'
sunt distinguenda a moralibus
¶ ... p'cepta cerimonialia
esse dicunt' que significatiue
sigu't ... sicut augu. dt
in 2. de doctrina xp'iana ... ea
uit homines exprimunt ...
patum signande/ ... multa
utilitas fuit ut in lege ...
... cerimonialia et ali
quibus actibus significatiue ...
... q'd ... in ...
... sc'ptum in duabus tabulis
lapideis in ... in madaut
illo t'e ut d'cm est ceri
monias ... indicari q' fa'e indicata
... s' ... p'cepta legis s't
moralia ... ergo p'cepta p'ter
moralia sunt et alia p'cep
ta cerimonialia ¶ R'eo d'r
q' sic d'm e' lex divina

quod ...
vocab...
eo q' 2 ...
capita...

principaliter instituitur ad ordinandum
homines ad deum, lex autem humana
principaliter ad ordinandum homines
ad invicem. Et ideo leges humanae
non curaverunt aliquid instituere
de cultu divino nisi in ordine
ad bonum commune hominum. Et propter hoc
etiam multa confinxerunt circa
res divinas, secundum quod videbatur
eis expediens ad infor-
mandos mores hominum, sicut
patet in ritu gentilium. Sed lex
divina e converso homines ad invi-
cem ordinavit, secundum quod conve-
niebat ordini qui est in
deum, quem principaliter intendebat.
Ordinatur autem homo in deum
non solum per interiores actus
mentis qui sunt credere, sperare
et amare, sed etiam per quaedam
exteriora opera quibus homo
divinam servitutem profitetur.
Et ista opera dicuntur ad cultum
dei pertinere, qui quidem cultus cere-
monia vocatur, quasi munia
idest dona Cereris, quae dicebatur
dea frugum, ut quidam dicunt,
eo quod primo ex frugibus obla-
tiones deo offerebantur. Sive
ut Maximus refert, nomen
ceremoniae introductum est ad
significandum cultum divinum apud
Latinos a quodam oppido iuxta
Romam (quod Caere vocabatur, eo quod Roma capta) tempore Gallorum illuc
sacra Romanorum ablata
sunt, et reverentissime habita.
Sic igitur illa praecepta quae in
lege pertinent ad cultum dei,
specialiter ceremonialia dicuntur. Ad
primum ergo dicendum quod actus humani
se extendunt et ad cultum
divinum. Et ideo etiam de huiusmodi
praecepta legis veteris hominibus
data. Ad 3m dicendum quod sicut dic-
tum est, praecepta legis na-
turae generalia sunt et indigent deter-
minatione. Determinantur autem et
per legem humanam et per legem
divinam. Et sicut ipsae determina-
tiones quae fiunt per legem
humanam non dicuntur esse de lege
naturae, sed iuris positivi, ita ipsae
determinationes praeceptorum legis
naturae quae fiunt per legem divinam
distinguuntur a praeceptis moralibus
quae pertinent ad legem naturae. Cole-
re ergo deum, cum sit actus virtutis,
pertinet ad praeceptum morale. Sed
huius praecepti determinationes,
ut scilicet colatur talibus hostiis
et muneribus, hoc pertinet ad prae-
cepta ceremonialia. Et ideo praecep-
ta ceremonialia distinguuntur
a praeceptis moralibus. Ad 4m
dicendum quod sicut Dionysius dicit primo capitulo caelestis
hierarchiae, divina hominibus mani-
festari non possunt nisi sub aliquibus
similitudinibus sensibilibus. Ipsae
autem similitudines magis movent animum
quando non solum verbo expri-
muntur, sed etiam sensui offeruntur.
Et ideo divina traduntur in
scripturis non sub similitudinibus solum
verbo expressis, sicut patet in metapho-
ricis locutionibus, sed etiam per similitudines
rerum quae visui proponuntur, quae pertinent
ad praecepta ceremonialia.

Ad 4m sic proceditur. Videtur quod praeter
praecepta moralia et ceremonialia
non sint aliqua praecepta iudicialia in
veteri lege. Dicit enim Augustinus contra
Faustum quod in lege
veteri sunt praecepta vitae

agendis. et precepta vite signandis.
Sed precepta vite agendis sunt
moralia. Precepta autem vite
signandis sunt cerimonialia. ergo pre-
ter duo genera preceptorum non
sunt ponenda in lege alia
precepta iudicialia. ¶ Preterea illud
Psalmi. Iudicia tua non de-
clinavi. Dicit glossa. id est ab hiis
que constituisti viam vivendi
scilicet regulam vivendi pertinet ad pre-
cepta moralia. ergo precepta iu-
dicialia non sunt distinguenda
a moralibus. ¶ Preterea iudicium videtur
esse actus iustitie. Unde ps.
Quousque iustitia convertatur in iudicium. Sed actus iustitie sicut
et actus ceterarum virtutum ad
precepta moralia pertinet. ergo
precepta moralia includunt
in se iudicialia. et sic non debent
ab eis distingui. ¶ Sed contra est
quod dicitur Deut. vi. Hec sunt pre-
cepta cerimonie atque iudi-
Precepta autem dicuntur ce-
dunt moralia. ergo preter precepta
moralia et cerimonialia sunt etiam
iudicialia. ¶ Respondeo dicendum quod sicut
dictum est ad legem divinam
pertinet ut ordinet homines
ad invicem et ad deum.
Utrumque autem horum in com-
muni pertinet ad dictamen
legis nature ad quod referuntur
precepta moralia. Sed oportet
quod determinetur utrumque
ad legem divinam vel
humanam. quia precepta natu-
ralia sunt communia tam in specu-
lativis sicut in operativis. Sicut
igitur determinatio communis

preceptorum cultus divini fit per precepta
cerimonialia. sic etiam determinatio
communis preceptorum de iustitia ob-
servanda inter homines determinatur
per precepta iudicialia. et secundum hoc oportet
tria precepta veteris legis ponere.
scilicet moralia que sunt de dictamine
legis nature. cerimonialia que
que sunt determinationes cultus
divini. et iudicialia que sunt de-
terminationes iustitie inter homines
observande. Unde cum apostolus Ro.
vii dixisset. Lex quidem sancta
subiungit quod mandatum est iustum
et sanctum et bonum. iustum quantum
pertinet ad iudicialia. sanctum quantum
quantum ad cerimonialia. Sanctum
enim dicitur quod est deo dicatum.
bonum. id est honestum quantum ad
moralia. ¶ Ad primum ergo dicendum
quod tam precepta moralia quam
etiam iudicialia pertinent ad
directionem vite humane. Et
ideo utraque continentur sub
uno membro illorum que ponit
augustinus. scilicet vite regende et
vite agende. ¶ Ad secundum dicendum
quod iudicium significat executionem
iustitie que quidem est secundum
applicationem rationis ad aliqua
particularia determinate. Unde
precepta iudicialia communicant
in aliquo cum moralibus in quantum
scilicet a ratione derivantur. et in aliquo
cum cerimonialibus in quantum scilicet
sunt quedam determinationes
preceptorum communium. et ideo quandoque
sub iudiciis comprehenduntur
precepta iudicialia et moralia.
Sicut dicitur Deut. v. Audi
israel cerimonias atque iudi-
cia. quandoque vero iudicialia

et cerimonia. Sicut habetur
Deut. xviii facietis in-
dicia mea et precep-
ta servabitis ut precepta ad
moralia referantur. iudicia
vero ad iudicialia et cerimonialia
Ad 3m dicendum quod actus iustitie
in generali pertinet ad precep-
ta moralia Sed determinatio
eius in speciali pertinet ad
precepta iudicialia

Ad 4m sic proceditur. videtur
quod alia precepta contine-
antur in lege veteri preter
precepta moralia iudicialia
et cerimonialia. Iudicialia vero
precepta pertinent ad actum iustitie
que est hominis ad hominem
Cerimonialia vero pertinent ad
actum religionis qua deus
colitur. Sed preter has sunt alie
multe virtutes scilicet temperantia
fortitudo liberalitas et alie
plures ut supra dictum est ergo
preter predicta oportet plura alia
in lege veteri contineri. Preterea
Deut. xi dicitur Ama dominum
deum tuum et observa precep-
ta eius et cerimonias et iudicia
atque mandata. Sed precepta
pertinent ad moralia ut dictum
est ergo preter moralia iudicialia
et cerimonialia adhuc contine-
tur in lege que dicuntur
mandata. Preterea Deut. vi
dicitur Custodi precepta domini
dei tui atque testimonia et
cerimonias quas tibi pre-
cepi ergo preter omnia predicta
adhuc in lege testimonia continentur
Preterea in ps. dicitur Iustificationes
non obliviscar iustificationes
tuas Glossa id est legem ergo precep-
ta veteris legis non solum
sunt moralia cerimonialia
et iudicialia sed etiam iustificationes
Sed contra est quod dicitur Deut. vi
Hec sunt precepta et cerimonie
atque iudicia que mandavit
dominus deus vobis et
hec ponuntur in principio legis
ergo omnia precepta legis sub
hiis comprehenduntur. Respondeo dicendum
quod in lege ponuntur aliqua
tamquam precepta alia vero tan-
quam ad preceptorum adimple-
tionem ordinata. quidem precep-
ta sunt de hiis que sunt
agenda ad quorum imple-
tionem ex duobus homo indu-
citur scilicet ex auctoritate precipientis
et ex utilitate implendi que
quidem est consecutio alicuius
boni utilis delectabilis vel honesti
aut fuga alicuius mali contrarii
oportuit igitur in veteri lege proponi
quedam que auctoritatem precipientis
demonstrarent indicarent ut illud
Deutero vi Audi Israel dominus
deus tuus unus est et illud Gen.
primo In principio deus creavit
celum et terram et huiusmodi
dicuntur testimonia. Oportuit
etiam quod in lege proponerentur
quedam premia observantium legem
et pene transgredientium ut
patet Deutero xxviii Si
audieris vocem domini dei
tui faciet te excelsiorem
cunctis gentibus etc. Et huiusmodi
dicuntur iustificationes secundum quod deus
aliquos iuste punit vel

contineat. Ipsa autem agenda sub praecepto non cadunt nisi inquantum sunt actus debiti virtutis. Est autem duplex debitum virtutis, quoddam secundum rationem virtutis, aliud autem secundum rationem legis determinantis, sicut philosophus in V ethicorum distinguit duplex iustum, scilicet debitum, scilicet morale et legale. Debitum autem morale est duplex. Dictat enim ratio aliquid faciendum vel tamquam necessarium sine quo non potest esse ordo virtutis, vel tamquam utile ad hoc quod ordo virtutis melius servetur. Et secundum hoc quaedam moralia praecise praecipiuntur vel prohibentur in lege, ut non occides, non furtum facies, et haec sunt proprie praecepta. Quaedam vero praecipiuntur vel prohibentur non quasi praecise debita sed propter melius, et ista possunt dici mandata quae quandam inductionem habent et persuasionem, ut illud Exodi XXII: Si pignus acceperis vestimentum a proximo tuo, ante solis occasum reddes ei, et aliqua similia. Unde Jeronimus dicit quod in praeceptis est iustitia, in mandatis caritas. Debitum autem ex determinatione legis in rebus quidem humanis pertinet ad iudicialia, in rebus autem divinis ad ceremonialia. Ea quae pertinent ad poenam spectant possunt dici protestatoria, inquantum sunt protestationes quaedam divinae iustitiae. Omnia vero praecepta legis possunt dici iustificationes inquantum sunt quaedam executiones legalis iustitiae. Possunt etiam aliter mandata a praeceptis distingui, ut praecepta dicantur quae deus per se ipsum iussit, mandata autem quae per alios mandavit, ut ipsum nomen sonare videtur. Ex quibus omnibus apparet quod omnia legis praecepta continentur sub moralibus, ceremonialibus et iudicialibus. Alia vero non habent rationem praeceptorum sed ordinantur ad praeceptorum observationem, ut dictum est. Ad tertium ergo dicendum quod iustitia inter alias virtutes importat rationem debiti, et ideo moralia in tantum sunt lege determinata inquantum pertinent ad iustitiam cuius quaedam pars est religio, ut dicit Tullius. Unde iustum legale non potest esse aliud praeter ceremonialia et iudicialia praecepta. Ad quartum patet solutio per ea quae dicta sunt.

Ad VI sic proceditur. Videtur quod lex vetus non debuit ad observantiam praeceptorum per temporales promissiones et comminationes inducere. Intentio autem legis divinae est ut homines deo subdantur per timorem et amorem. Unde dicitur Deuteronomii X: Et nunc Israel, quid dominus deus tuus petit a te nisi ut timeas dominum deum tuum et ambules in viis eius et diligas eum? Sed cupiditas rerum temporalium abducit a deo. Dicit enim Augustinus in libro LXXXIII quaestionum quod venenum caritatis est cupiditas. Ergo promissiones et comminationes temporales videntur contrariari intentioni legislatoris, quod facit legem reprobabilem, ut patet per philosophum in II politicorum. Praeterea lex divina

aliqui

dictat

iustitia

pene

inducere

est excellentior quam humane
videmus autem in sensibus quanto
est aliquis altior tanto perfecto
ra mente percipit / ergo cum lex hu
mana procedit ad inducendum
homines ad bonum per temporales
comminationes / lex divina non
debuit eciam sic procedere
sed per alia media ¶ Propter id
non potest esse premium iusticie
vel pena culpe quod equaliter
eveniunt in bonis et malis
Unde Salomon dicit Ecclesiastes ix Universa
temporalia equaliter eveniunt iusto
et impio / bono et malo /
mundo et inmundo / ymolanti
victimas et sacrificia et contem
nenti / ergo temporalia bona
vel mala non convenienter pro
mittuntur ut pene vel premia
mandatorum legis divine ¶ Sed
contra quod dicitur Ysaie primo Si vo
lueritis et audieritis me
bona terre comedetis / quod si
nolueritis et me ad iracundi
am provocaveritis / gladius
devorabit vos ¶ Respondeo dicendum
quod sicut in scientiis speculativis indu
assensum cuntur homines ad assensum
conclusionibus per media sillogismi / Ita
eciam quibuslibet in legibus homines
inducuntur ad observantias
preceptorum per penas et premia
Videmus autem in scientiis speculativis
quod media proponuntur auditori
secundum eius conditionem / unde oportet
ordinate in scientiis procedere
ut ex notioribus incipiat
Ita etiam oportet eum qui vult
inducere hominem ad obser
vantiam preceptorum ut
ex illis eum movere

incipiat que sunt cui affectui
sicut pueri provocantur ad aliquid
faciendum aliquibus puerilibus
¶ Item et autem supra quod lex vetus
disponebat ad perfectum unde da
batur populo adhuc imperfecto ideo
comparatur ad perfectionem que futura
erat ad Christum ¶ Et ideo populus ille
comparatur puero sub pedagogo
existenti ut patet Galatas iii° ¶ Per
fectio autem hominis est ut con
temptis temporalibus et spiritualibus
inhereat ut patet per id quod dicit
apostolus Philipenses iii ¶ Que quidem retro
sunt obliviscens ad ea que
priora sunt in ea extendendo
contemplor / ergo perfecti sunt hec spe
ciant imperfectorum autem quod temporalia
parva bona desiderant in ordine
ad deum / imperfectorum autem est
quod in temporalibus bonis sunt non
existimant / Unde legi veteri
conveniebat ut per temporalia
que erant in affectu hominum
imperfectorum manuduceret homines
ad deum ¶ Ad primum ergo dicendum
quod lex humana inducit homines
exprimens temporalibus vel penis
per homines inducendis
lex vero divina exprimit
vel penis exsolvendis per deum /
et in hoc procedat per media
altiora ¶ Ad 2 dicendum quod cupi
ditas qua homo consistit finem in
temporalibus bonis et caritatis re
mediis Sed consecutio temporalium
bonorum que homo desiderat
in ordine ad deum est via indu
cens imperfectos ad dei amorem
Boecius ii° prosa Consideranti tibi
sui fortunalem leti ¶

Ad 3 dicendum quod sicut patet per ppsto ab
veteris testamenti tempore licet quidam
status perfecti essent sub lege in per
spiritu sunt quidem legem
observabant et statum dili
mantes apropter legis similitu
tatis adiunctis vivebant
Sed alii perfectionis potentis eam
industriam legis observantes
eam in aliquas adversitates
incidebant vel quia in erat
spirituales effecti ut per hoc magis
ab affectu temporalium atraherentur
et eorum virtus probata redde
retur aut quia opera legis
corpus implentes eorum totum
habebant in temporalibus desiderium
et adeo elongatur Unde quod dicitur
Ysa. xxix populus hic la
biis honorat me cor autem
eorum longe est a me

Deinde queritur de preceptis
quibus preceptorum veteris
legis Et primo de preceptis
moralibus Secundo de cerimonialibus
Tertio de iudicialibus Circa
primum queruntur xii primo utrum
omnia precepta moralia veteris
legis sint de lege nature Secundo utrum
precepta moralia veteris legis
sint de actibus omnium virtutum
Tertio utrum omnia precepta
moralia veteris legis re
ducantur ad x precepta de
calogi Quarto de distinctione
decalogi preceptorum deca
logi Quinto de numero eorum
Sexto de ordine Septimo de modo
tradendi ipsa Octavo utrum
sint dispensabilia Nono utrum
modus observandi virtutum
cadat sub precepto Decimo
utrum modus caritatis cadat

sub precepto Undecimo de distinctione
quorum de preceptorum moralium
Duodecimo utrum precepta mo
ralia veteris legis iustificent

Ad primum sic proceditur videtur
quod non omnia precepta moralia pertinent
ad legem nature Dicitur enim Eccli.
xvii addidit illis disciplinam
et legem vite hereditavit
illos Sed disciplina dividitur contra le
gem nature eo quod lex nature non
addiscitur sed ex instinctu habetur
Ergo non omnia precepta moralia
sunt de lege nature Praeterea lex divina
perfectior est quam humana Sed
lex humana superaddit aliqua
ad bonos mores pertinentia
hiis que sunt de lege nature ut
patet ex hiis quod lex nature est eadem
apud omnes huiusmodi autem morum
instituta sunt diversa apud diver
sos Ergo multo fortius lex
divina ad bonos mores pertinentia
debuit addere supra
legem nature Praeterea sicut ratio naturalis
inducit aliquid ad bonos mo
res ita etiam fides unde
dicitur ad Gal. v. quod fides
per dilectionem operatur Sed
fides non continetur sub lege
naturali quia ea que sunt
fidei supra legem sunt nature
Ergo non omnia precepta precepta
moralia legis divine
pertinent ad legem nature Sed
contra est quod dicit apostolus ad
Ro. ii quod gentes que le
gem non habent naturaliter ea que
legis sunt faciunt quod oportet
eam intelligi de hiis que
pertinent ad bonos mores

ergo omnia moralia veteris legis
sint de lege naturae. Respondeo dicendum
quod moralia praecepta a caeremo- a
nialibus et iudicialibus distinc-
ta sunt de his quae secundum se
ad bonos mores pertinent.
Cum autem humani mores
dicantur in ordine ad rationem
quae est proprium principium humanorum
actuum, illi mores dicuntur
boni qui rationi congruunt, mali
autem qui a ratione discordant.
Sicut autem omne iudicium rationis
speculativae procedit a naturali cognitione
principiorum primorum, ita etiam
iudicium omne rationis practicae
procedit ex quibusdam principiis natura-
liter cognitis, ut supra dictum
est. Ex quibus diversimode pro-
ceditur ad iudicandum de
diversis. Quaedam enim sunt
in actibus humanis adeo ex-
plicata quae statim cum modi-
ca consideratione possunt approbari
vel reprobari per illa
quia ut communia prima. Quaedam
vero sunt ad quorum iudicium re-
quiritur multa consideratio di-
versarum circumstantiarum quas
considerare diligenter non est cuius-
libet, sed sapientum, sicut
considerare particulares conclusiones
scientiarum non pertinet ad omnes
sed ad solos philosophos. Quaedam
vero sunt ad quae iudicanda
indiget homo adiuvari per
divinam instructionem, sicut
est circa credenda. Sic igitur patet
quod cum praecepta moralia sint
de his quae pertinent ad bo-
nos mores, haec autem sunt
quae rationi congruunt, omne

autem rationis humanae iudicium
aliqualiter a naturali ratione di-
rivatur, necesse est quod omnia praecepta
moralia pertineant ad legem
naturae, sed diversimode. Quaedam enim
sunt quae statim per se ratio na-
turalis cuiuslibet hominis diiudicat
esse facienda vel non facienda,
sicut honora patrem tuum et ma-
trem tuam, et non occides, non furtum
facies; et huiusmodi sunt absolute de le-
ge naturae. Quaedam vero sunt quae
subtiliori consideratione rationis a
sapientibus iudicantur esse observan-
da, et ista sic sunt de lege naturae
ut tamen indigeant disciplina
qua minores a sapientioribus
instruantur, sicut illud coram cano
capite consurge et honora personam
senis, et ad huiusmodi. Quaedam
vero sunt ad quae iudicanda
ratio humana indiget instructione
divina per quam erudimur
de divinis, sicut illud non facies illud
tibi sculptile neque omnem simi-
litudinem; non assumes nomen
Dei tui in vanum. Et per hoc patet
responsio ad obiecta.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod prae-
cepta moralia legis non
sint de omnibus actibus virtutum.
Observatio enim praeceptorum
veteris legis iustificatio no-
minatur. Psalmus: iustifica-
tiones tuas custodiam. Sed iustifica-
tio est executio iustitiae. Ergo praecepta
moralia non sunt nisi de ac-
tibus iustitiae. Praeterea id quod
cadit sub praecepto habet rationem
debiti. Sed ratio debiti non
pertinet ad alias virtutes nisi
ad solam iustitiam, cuius proprius
actus est reddere unicuique

debitum. Ergo praecepta legis
moralia non sunt de actibus
aliquarum virtutum sed solum
de actibus iustitiae. ¶ 3. Praeterea lex
ponitur propter bonum commune ut Ysidorus
dicit. Sed inter virtutes sola iustitia
respicit bonum commune ut philosophus
dicit in V ethicorum. Ergo praecepta
moralia sunt solum de actibus
iustitiae. ¶ Sed contra est quod Ambrosius
dicit quod peccatum est transgressio
legis divinae et caelestium
inobedientia mandatorum. Sed
peccata contrariantur omnibus actibus
virtutum. Ergo lex divina habet
ordinare de actibus omnium
virtutum. ¶ Respondeo dicendum quod cum
praecepta legis ordinentur ad bonum
commune sicut supra dictum est necesse
est quod praecepta legis diversi-
ficentur secundum diversos modos commu-
nitatum. Unde philosophus in sua politica
docet quod alias leges sta-
tuere in civitate quae regitur re-
ge et alias in ea quae regitur
per paucos vel per aliquos
potentes de civitate. Est autem
alius modus communitatis ad quam or-
dinatur lex humana et ad quam or-
dinatur lex divina. Lex enim humana or-
dinatur ad communitatem civilem quae est
hominum ad invicem. Homines autem
ordinantur ad invicem per
actus exteriores quibus ho-
mines sibi invicem communicant.
Huiusmodi autem communicatio pertinet
ad rationem iustitiae quae proprie di-
rectiva communitatis humanae.
Et ideo lex humana non proponit
praecepta nisi de actibus iustitiae.
Et si praecipiat actus aliarum
virtutum hoc non est nisi in quantum
assumunt rationem iustitiae ut patet
per philosophum in V ethicorum. Sed communitas
ad quam ordinat lex divina
est hominum ad deum vel in praesenti
vel in futura vita. Et ideo
lex divina praecepta proponit
de omnibus illis per quae ho-
mines bene ordinantur ad communicatio-
nem cum deo. Homo autem cum deo con-
iungitur ratione sive mente in
qua est dei imago. Et ideo lex
divina praecepta proponit de
omnibus illis per quae ratio hominis
est bene ordinata. Hoc autem con-
tingit per actus omnium virtu-
tum. Nam virtutes intellectuales ordi-
nant bene actus rationis in seipsis.
Virtutes autem morales ordi-
nant bene actus rationis circa
interiores passiones et ex-
teriores operationes. Et ideo manifestum
est quod lex divina
convenienter proponit praecepta
de actibus omnium virtutum
ita tamen quod quaedam sine quibus
ordo virtutis qui est ordo
rationis observari non possunt
cadunt sub obligatione
praecepti. Quaedam vero quae
pertinent ad bene esse virtutis
perfectae cadunt sub admoni-
tione consilii. ¶ Ad primum ergo dicendum
quod adimpletio mandatorum
legis etiam quae sunt de actibus
aliarum virtutum habet rationem
iustificationis in quantum iustum
est ut homo obediat deo.
Vel etiam in quantum iustum
est ut omnia quae sunt hominis
rationi subdantur. ¶ Ad secundum dicendum
quod iustitia proprie dicta atten-
dit debitum unius hominis
ad alium. Sed in omnibus
aliis virtutibus attenditur

debitum inferiorum (virium) virtutum ad rationem et secundum rationem hominis debiti philosophus assignat in v ethicorum quandam iusticiam metaphoricam. Et per hoc patet solucio per ea que dicta sunt de duplici iusticia.

Ad quartum sic proceditur videtur quod non omnia precepta veteris legis moralia reducuntur ad x precepta decalogi primum sic et principalia legis precepta sunt diliges dominum deum tuum et diliges proximum tuum ut te ipsum Mathei xxii sed ista duo non continentur in preceptis decalogi ergo non omnia precepta moralia continentur in preceptis decalogi ¶ Preterea precepta moralia non reducuntur ad precepta cerimonialia sed potius econverso Sed inter precepta decalogi est unum cerimoniale scilicet memento ut diem sabbati sanctifices ergo precepta moralia non reducuntur ad omnia precepta decalogi ¶ Preterea precepta moralia sunt de omnibus actibus virtutum Sed inter precepta decalogi ponuntur sola precepta pertinencia ad actus iusticie ut patet discurrenti per singula ergo precepta decalogi non continent omnia precepta moralia ¶ Sed contra est quod Mathei v super illud beati estis cum maledixerint etc. dicit glossa Quia moyses x precepta proponens postea per partes explicat ergo omnia precepta legis sunt quedam partes preceptorum decalogi ¶ Respondeo dicendum quod precepta decalogi ab aliis preceptis legis differunt in hoc quod precepta decalogi per se ipsum deus dicitur proposuisse populo illa vero precepta proposuit populo per moysen ¶ Illa vero precepta ad decalogum pertinent quorum noticiam habet homo per se ipsum a deo ¶ Huiusmodi vero sunt illa scilicet que statim ex principiis communibus primis cognosci possunt modica consideracione et iterum illa que statim ex fide divinitus infusa innotescunt inter precepta ergo decalogi non computantur duo genera preceptorum scilicet illa que sunt prima et communia quorum non oportet aliam edicionem esse nisi quod sunt scripta in racione naturali quasi per se nota sicut quod nulli homo est malefaciendum et alia huiusmodi ¶ Et iterum illa que per diligentem inquisicionem sapiencium inveniuntur racioni ¶ Hec enim proveniunt a deo ad populum mediante disciplina sapientum Utraque tamen horum preceptorum continentur in preceptis decalogi sed diversimode nam illa que sunt prima et communia continentur in hiis sicut principia in conclusionibus proximis illa vero que per sapientes cognoscuntur continentur econverso in hiis sicut conclusiones in principiis

¶ Ad primum ergo dicendum quod precepta illa sunt prima et communia precepta legis nature que sunt per se nota racioni humane vel per naturam vel per fidem et ideo omnia precepta decalogi ad illa duo referuntur sicut conclusiones ad principia communia ¶ Ad secundum dicendum quod preceptum de observacione

sabbati secundum aliquid morale
inquantum scilicet per hoc preceptum
quod homo aliquo tempore vacet rebus
divinis secundum illud psalmi Vacate
et videte quoniam ego sum deus
et sic hoc modo inter precepta decalo
gi ~~quam~~ computatur non autem
quantum ad taxacionem temporis
quia sic hoc cerimoniale dicitur
Ad 3m dicendum quod ratio debiti
in aliis virtutibus est magis
latens quam in iusticia / et
ideo precepta de actibus aliarum
virtutum non sunt ita nota populo
sicut precepta de actibus iusticie
Et propter hoc actus iusticie specia
liter cadunt sub preceptis decalo
gi que sunt prima legis elementa
Ad 4m sicut patet videtur quod
inveniuntur precepta decalo
gi distinguuntur. Latria
enim est alia virtus a fide
sic precepta dantur de actibus
virtutum / sic hoc quod dicitur in principio
decalogi Non habebis deos
alienos coram me pertinet
ad fidem / quod autem subditur
Non facias sculptile pertinet
ad latriam ideo sunt duo pre
cepta et non unum. Ad 5m argumentum
dicendum ¶ quod precepta ~~in lege~~
affirmativa in lege distincte
enumerantur sicut Honora
patrem et matrem / et non occi
des / sic hoc quod dicitur ego sum
dominus deus tuus est affirma
tivum. Quod autem subditur Non
adorabis deos alienos
est negativum / ideo sunt duo
precepta et non sub uno con
tinentur. Ad 6m dicendum

Quod apostolus ad Ro. vii
dicit Concupiscentiam nesciebam
nisi lex diceret Non con
cupisces. Et sic videtur quod hoc
preceptum non concupisces sit
unum preceptum non ergo debet
distingui in duo. ¶ Contra quod
est auctoritas Augustini in glosa
super Exodo ubi ponit tria
precepta pertinencia ad deum
et vii ad proximum. ¶ Responsio
dicendum quod precepta decalogi di
versimode a diversis distinguntur. Esi
chius in levitico xxvi super
illud quod dicitur in uno
clibano coquunt panes
dicit preceptum de observacione
sabbati non esse de x preceptis
quia non est observandum
secundum litteram / et sic omni tempore
distinguit iiii precepta per
tinencia ad deum / ut primum
sit ego sum dominus deus tuus
secundum sit Non habebis deos
alienos coram me. Et sic
etiam distinguit duo Ieronimus het
Osee x super illud Propter duas ini
quitates tuas. Tercium vero preceptum dicit
esse Non facias sculptile
quartum vero Non assumes
nomen dei tui in vanum. Ad pro
ximum vero ad proximum dicit
esse sex quorum primum sit honora
patrem tuum et matrem tuam / secundum non
occides / tercium non mechaberis
quartum non furtum facias / quintum
non falsum testimonium dices / sextum
Non concupisces. Sed primo hoc
videtur inconveniens quod preceptum
de observacione sabbati precepta
decalogi interponatur si nullo
ad decalogum pertineret
Secundo quia cum scriptum sit

Math. vi. Nemo potest duobus
dominis servire. Cuius ratio est
unitas, et sub eodem praecepto
cadere. Secundo sunt duo, scilicet primum
et non habebis deos alienos
coram me. Origenes distinguens et
non ordinans praecepta ordinavit
ad decem. Ponit ista duo
pro uno praecepto. Secundum vero ponit
non facias sculptile. 3. non
assumes nomen dei tui in vanum
4. Memento ut diem sabbati
sanctifices. Quartum vero in ponit partem
operis. Contra quia facere sculptile
ut patet non est prohibitum
nisi sic ut non colantur
pro diis. Item et in thabernaculo
praecepit deus fieri ymaginem
seraphim. Ut dicit
Theologus. Concorditer
autem Augustinus ponit primum
praeceptum Non habebis deos
alienos et non facies sculptile.
Quartum et concupiscentia
uxoris alienae pertinet ad
concupiscentiam carnis. Concupiscentia
autem aliarum rerum quae desiderantur ad possidendum
pertinet ad concupiscentiam oculorum.
Unde et Augustinus ponit duo
praecepta de non concupiscendo
rem alienam et uxorem alienam. Et sic ponit tria praecepta
in ordine ad deum, et vii
in ordine ad proximum, et hoc
melius est. Contra primum ergo
dicitur quod latria non est aliud
nisi quaedam protestatio fidei.
Unde non sunt alia praecepta
danda de latria et alia
de fide. Potius tamen sunt
danda de latria quam de fide.

Prima praecepta fidei praesupponuntur
ad praecepta decalogi sicut praeceptis
dilectionis. Dicit n. prima praecepta
quia legis non sunt per se
nota. Hunc rationem validam et pro-
mulgatione non indiget ita et
etiam hoc quod est credere in deum est
primum, et per se notum ei qui habet
fidem. Accedentem autem ad deum
oportet credere et causa est ut dicitur Hebr. ^ideo
Hebreorum et non indiget alia
promulgatione nisi infusione
fidei. Contra 2. dicitur quod praecepta
affirmativa distinguuntur a ne-
gativis praeceptis quando unum non
comprehenditur in alio sicut
in honoratione parentum non inclu-
ditur quod nullus homo occidatur.
... Contra quia affirmativum
comprehenditur in negativo vel
econverso non dantur sub hoc diver-
sa praecepta sicut non datur
aliud praeceptum de hoc quod est non
furtum facies, et de hoc quod est
conservare rem alicuius vel
restituere eam, et eadem ratione non
sunt diversa praecepta de credendo
in deum et hoc quod non vale-
nos deos. ^credat Contra 3. dicitur quod omnes
concupiscentiae conveniunt in una ratione,
et ideo apostolus singulariter
de mandato concupiscendi lo-
quitur quia tamen in speciali diverse
sunt concupiscendi rationes. Ideo
Augustinus dicit diversa praecepta
de non concupiscendo. Differunt n. specie
concupiscentiae secundum diversitatem actionum
vel concupiscibilium, ut dicit philosophus x
ethicorum.

Ad 7. sic proceditur. Videtur quod in-
convenienter praecepta de-
calogi enumerantur. Primo

cum ut dicit Ambrosius Est trans-
gressio legis divine et celestium
inobediencia mandatorum Sed pec-
cata distinguuntur per hoc
quod homo peccat vel in deum vel
in proximum vel in se ipsum Cum
igitur in preceptis decalogi non
ponantur aliqua precepta ordi-
nancia hominem ad se ipsum sed
solum ordinancia ipsum ad deum
vel proximum videtur quod insufficienter
sit enumeracio preceptorum decalo-
gi ¶ Preterea sicut ad cultum dei
pertinebat observacio sabbati
ita etiam observacio aliarum
sollempnitatum et ymolacio sacri-
ficiorum Sed inter precepta deca-
logi continetur unum pertinens ad
observanciam sabbati ergo et debuit
et alia pertinencia ad alias sol-
lempnitates et ad ritum sacri-
ficiorum ¶ Preterea sicut contra deum pec-
care contingit periurando et
blasphemando vel alias contra
doctrinam divinam mentiendo
Sed ponitur unum preceptum pro-
hibens periurium cum dicitur Non
assumes nomen dei tui in va-
num ergo peccatum blasphemie
et false doctrine debuit aliquo
precepto decalogi prohiberi
¶ Preterea sicut naturalem homo di-
lectionem habet ad parentes ita
etiam ad filios mandatum
autem caritatis ad omnes pro-
ximos extenditur Sed
precepta decalogi ordinantur
ad caritatem Secundum illud i ad Thimotheum
i finis precepti caritas est
ergo sicut ponitur quoddam preceptum
ad parentes ita etiam debuerunt
poni aliqua precepta pertinencia

ad filios et ad proximos ¶ Preterea
in quolibet genere peccati contin-
git peccare corde et opere
Sed in quibusdam generibus
peccatorum scilicet in furto et adul-
terio seorsum prohibetur peccatum
operis cum dicitur non moe-
chaberis non furtum facies
et seorsum peccatum cordis
cum dicitur non concupisces rem
proximi tui et non concupisces
uxorem proximi tui ergo et
idem debuit poni in peccato ho-
micidii et falsi testimonii
¶ Preterea sicut contingit peccatum
provenire ex inordinacione concupiscibi-
lis ita etiam ex inordinacione irascibi-
lis Sed quibusdam preceptis prohibetur
inordinata concupiscencia cum
dicitur non concupisces ergo et
alia precepta in decalogo
debuerunt poni per que prohibere-
tur inordinacio irascibilis non ergo
videtur quod convenienter decem
precepta decalogi enumerentur
¶ Sed contra est quod dicitur Deutero-
nomio iv ostendit vobis pactum suum nobis
quod precepit ut faceretis et decem
precepta que scripsit in dua-
bus tabulis lapideis ¶
Respondeo dicendum quod sicut supra dictum est
Sicut precepta legis humane
ordinant hominem ad quandam
communitatem humanam ita precepta
legis divine ordinant hominem
ad quandam communitatem seu re-
publicam hominum sub deo
Ad hoc autem quod aliquis in aliqua communitate
bene commoretur duo requi-
runtur quorum primum est ut
bene se habeat ad eum qui pre-
est communitati Aliud autem est

vt homo bene se habeat ad ali
os quantum ad communicationes / et eo
participes / Sed vt in primo le
ge diuina primo ponuntur quedam
precepta ordinancia hominem
ad deum / Deinde alia
precepta ordinancia hominem
ad alios proximos / Et quia
tres sunt debitores principi autem quilibet
3 debet / Primo homo primo quidem
fidelitatem / 2o reuerentiam
3o famulatum / Fidelitas
quidem ad dominum in hoc consistit
vt honorem principatus ad
alium non deferat / et quantum
ad hoc accipitur primum preceptum
cum dicitur / Non habebis deos
alienos / Reuerentia autem ad
dominum requiritur vt nichil
iniuriosum in eum committat
et quantum ad hoc accipitur secundum precep
tum quod est / Non assumes nomen
dei tui in vanum / Famulatus
autem debetur domino in recompensa
tionem beneficiorum que ab ipso
percipiunt subditi / et ad hoc
pertinet 3m preceptum de sanctifi
catione sabbati in memoriam
creationis rerum / Ad proximos
autem aliquis bene se habet
et specialiter / et generaliter / Specialiter
quantum ad illos quorum est
debitor / vt eis debitum
reddat / et quantum ad hoc
accipitur preceptum de hono
rando parentibus / Generaliter autem quantum
ad omnes / vt nulli nocumentum
inferat / neque opere / neque ore
/ neque corde / Opere quidem
infertur nocumentum proximo

quandoque (quod) in ipsam personam quan
tum ad consistenciam / scilicet per homicidium
/ et hoc prohibetur per hoc quod
dicitur / Non occides / Quandoque autem in
personam coniunctam quantum ad propa
gationem prolis / et hoc prohibetur
cum dicitur / Non mechaberis / Quandoque
in re possessa que ordinatur
ad vtrumque / et quantum ad hoc dicitur
/ Non furtum facies / Nocumentum
autem oris prohibetur cum dicitur / Non
loqueris contra proximum tuum falsum
testimonium / Nocumentum autem cordis
prohibetur cum dicitur / Non con
cupisces / et secundum hanc differenciam etiam
tria precepta ordinantur ad deum
quorum primum pertinet ad opus
/ Vnde ibi dicitur / Non facies sculp
tile / Secundum autem ad os / vnde
dicitur / Non assumes nomen dei tui
in vanum / Tercium pertinet ad cor
quia in sanctificatione sabbati secundum quod
morale preceptum est precipitur quies
cordis in deum / Vel secundum
Augustinum per primum preceptum veneramur
vnitatem primi principii
/ Per secundum veritatem diuinam / Per 3m caritatem vel
bonitatem / qua sanctificamur / et in
qua quiescimus / sicut in fine
/ Ad (…) sicut videri datur / Primo
quidem quia precepta decalogi
referuntur ad precepta dilec
tionis / non fuit dandum precep
tum homini de dilectione dei
et proximi quia quantum ad hoc
lex nature obfuscata erat
per peccatum / non autem quantum
ad dilectionem sui ipsius / quia
quantum ad hoc lex naturalis

vigebat vel quia ex dilectione
sui ipsius includitur in dilectione
dei et proximi. Unde hoc non ho-
mo se diligit quod se ordinat
in deum. Et ideo ex in preceptis
decalogi ponuntur solum pre-
cepta pertinencia ad proximum vel
ad deum. Octavo autem potest dici
quod precepta decalogi sunt illa
que immediate populus recepit a deo
unde dicitur Deuteronomii x Scripsit
in tabulis iuxta id quod prius
scripserat verba x quibus
locutus est ad vos dominus. Unde
precepta decalogi oportet talia
esse que statim in mente
populi cadere possunt. Consequenter
autem hic videndum quod autem [?]
homo de naturali [deleted] debeat
aliqua deo vel proximo. Hoc
de facili cadit in conceptione
hominis precipue fidelis sed quod
aliquid determinate sit debitum
homini in hiis que pertinent
ad seipsum et non ad alium
hoc non ita in promptu appa-
ret videtur enim primo aspectu [?]
quod quilibet sit liber in hiis
que ad ipsum pertinent et ideo
precepta quibus prohibentur in-
ordinationes hominis per se ad
seipsum perveniunt ad populum mediante
instructione sapientum unde non
pertinent ad decalogum. Ad
2um dicendum quod omnes sollempnitates
veteris legis sunt institute
in commemorationem alicuius divini
beneficii vel preteriti commemorati
vel futuri prefigurati et similiter
propter hoc omnia sacrificia offe-

offerebantur in commemorationem beneficia
dei commemoranda. Inter omnia autem pre-
cipuum erat beneficium creationis
quod memoratur in sanctificatione
sabbati. Unde Exodi xx pro
ratione huius precepti ponitur
Sex enim diebus fecit deus
celum et terram etc. Inter omnia
autem futura beneficia que erant
prefiguranda precipuum et fina-
le erat quies mentis in deo
vel in presenti per gratiam vel
in futuro per gloriam que etiam
prefigurabatur per observantiam
sabbati. Unde dicitur Ysaie lviii Si
averteris a sabbato pedem tuum
et vocaveris sabbatum deli-
cium delicatum et sanctum domini
gloriosum. Hec enim beneficia primo
et precipue sunt in mente hominum [deleted] maxime
fidelium. Alie vero sollempnitates
celebrantur propter aliqua particu-
laria beneficia temporaliter transeuntia
sicut celebratio phase propter
beneficium preterite liberationis
in Egypto et propter futuram
passionem Christi que temporaliter
transivit inducens nos in quietem
sabbati spiritualis. Et ideo preter-
missis omnibus aliis sollemp-
nitatibus et sacrificiis de so-
lo sabbato fiebat mentio
inter precepta decalogi.
Ad 3um dicendum quod sicut apostolus dicit
ad Hebreos vi homines per ma-
iorem sui iurant et omnis
controversie eorum finis ad confirmationem
est iuramentum [deleted] et
ideo quia iuramentum communiter [?]
propter hoc prohibitio inordinationis

quod multa specialia praecepta de-
calogi prohibentur quaecumque
autem sunt doctrinae / non
pertinent nisi ad perfectos
... non ordinat ut decla-
rata mentio in praecepto de-
calogi / quantum ad quaedam
vel ad aliquem intellectum
in hoc quod dicitur Non assu-
mes nomen dei tui in vanum
prohibetur falsitas doctrinae
Glosa enim ibi exponit
Non dices Christum esse
creaturam. Ad secundum dicendum
quod statim ratio naturalis dictat
homini quod nulli iniuriam
faciat / et ideo praecepta deca-
logi prohibentia nocumentum
extendunt se ad omnes. Sed
ratio naturalis non statim dic-
tat / quod aliquid pro alio faciendum
nisi cui homo aliquid debet
Debitum autem filii
ad patrem adeo est manifestum
quod nulla tergiversatione potest
negari / eo quod pater est
principium generationis / et
esse et insuper educationis
et doctrinae / et ideo non ponitur
sub praecepto decalogi ut
aliquod beneficium / vel obse-
quium alicui impendatur
nisi parentibus / parentes autem
non videntur esse debitores
aliqua filiorum propter aliqua beneficia su-
scepta / sed potius e converso filius
enim est aliquid patris / et
pater amat filios / ut ali-
quid ipsorum sicut / dicitur
philosophus viii Ethicorum. Unde
eisdem rationibus non ponuntur

alia praecepta decalogi pertinentia
ad amorem filiorum sicut nec
etiam aliqua ordinantia hominem
ad seipsum. Ad tertium dicendum quod dele-
ctatio adulterii et utilitas divi-
tiarum sunt propter seipsas appeti-
bilia / inquantum habent rationem boni
delectabilis / vel utilis / et prop-
ter hoc oportuit in eis prohiberi
non solum opus / sed concupiscentiam
Sed homicidium / et falsitas sunt
secundum seipsa horribilia / quia proximus
et veritas naturaliter amantur / et non
desiderantur / nisi propter aliquid
et ideo non oportuit circa peccatum
homicidii / et falsi testimonii
prohibere peccatum cordis / sed solum
operis. Ad quartum dicendum quod sicut supra
dictum est omnes passiones ira-
scibiles derivantur a passionibus
concupiscibilibus / et ideo in praeceptis deca-
logi quae sunt quasi prima elementa legis
non erat mentio facienda de
passionibus irascibilibus / sed solum
de passionibus concupiscibilibus.

Ad sextum sic proceditur videtur quod in-
convenienter ordinentur
decem praecepta decalogi. Dilectio
enim proximi videtur esse praevia
ad dilectionem Dei
quia proximus est nobis magis
notus quam Deus. Unde dicitur
I Joh iiii qui fratrem suum quem vi-
det non diligit / Deum quem
non videt quomodo potest diligere
Sed tria prima praecepta pertinent
ad dilectionem Dei / septem vero
alia ad dilectionem proximi / ergo
inconvenienter praecepta decalo-
gi ordinantur. Praeterea praecepta

affirmatiua inquantum actus virtutis
per precepta vero negatiua pro
hibentur actus viciorum ¶ 3
s bonum in committendo peccatorum
sunt compescenda sunt vitia
/ qua inserunt virtutibus / ergo ut
precepta pertinencia ad proximum
primo ponenda sunt precepta
legis negatiua quam affirmatiua
¶ 4 precepta dantur de ac
tibus hominum / sed prior est actus
cordis / quam oris / vel operis
hominis / ergo inconvenienter de ultimo
precepta de non concupiscendo
que pertinent ad cor vltimo
ponuntur ¶ 3 est quod qua
dicitur ¶ Respondeo dicendum quod sicut ad deum sunt
ordinata sunt / ista precepta deca
logi sunt immediate data a deo
ut deus 3 / ergo convenienter
ordinem habent ¶ Respondeo dicendum
quod postquam est precepta deca
logi dantur de his que
statim in promptu mentis homo
suscipit / manifestum est autem
/ quod tanto aliquid magis
ratione suscipit / quanto contrarium
eius est / et magis rationi re
pugnans / manifestum est autem
/ quod cum rationis ordo a fine
incipiat / maxime est contra
ut homo inordinate se habeat
circa finem / finis autem humane
uite et societatis est deus
/ et ideo primo oportuit precepta
decalogi hominem ordinare
ad deum / cum eius contrarium
sit grauissimum / sicut etiam
in exercitu qui ordinatur
ad ducem / sicut ad finem
primum 3 quod miles subdatur

duci et huius contrarium est grauissimum
secundo 3 ut aliis coordinetur
ut ipsa autem 4 per que
ordinantur in deum primo occurrit
/ quod homo fideliter ei subdatur
/ nullam participationem cum inimi
cis eius habendo / secundum est / quod ei re
uerentiam exhibeat / 3 m est
3 quod etiam famulatum impendat
/ manifestum est enim maius
si miles infideliter agens
cum hoste pactum habeat / quam
si aliquam irreuerentiam duci
faciat / et 3 etiam est grauius
quam si in aliquo obsequio duci
deficiat / in preceptis autem
autem ordinantibus ad proxi
mum manifestum 3 quod magis repugnat
rationi et grauius peccatum est
quod homo non seruet ordinem debitum
ad personas quibus est magis
debitor / et ideo inter precepta
ordinantia ad proximum / primo
ponitur preceptum pertinens
ad illos quibus precepta obsequia
debet / s ordine contrarie pecca
tum / contrarium enim est et magis
rationi repugnans peccare
opere quam ore et ore quam
corde et inter peccata operis
contrarium 3 homicidium per
quod tollitur uita hominis
iam existentis / quam adulterium
per quod impeditur certitudo
prolis nasciture / et adulterium
contrarium quam furtum quod pertinet
ad bona exteriora ¶ Ad primum
ergo dicendum quod contrarius s mini
strandus primus sit magis no
tus / quam deus sit dilecto
dei est tamen dilectionis proximi

ut infra patebit et ideo
precepta ordinata ad deum
sunt preordinata / Secundo
dicit quod sicut deus est pri-
cipium creandi omnibus
ita etiam pater est principium
producendi filio Tertio
generice vel precepta pertinentia ad
deum ponuntur precepta pertinentia
ad proximum / Vnde autem pre-
dictum quod affirmativa et negativa
pertinent ad idem genus operis
quantum est in se non habent
eiusdem efficaciam / et si-
cut in executione operis prius
est prosequenda sunt vitia quam
insequende virtutes Vnde illud
psalmi Declina a malo
et fac bonum et infra / Sic
scilicet prius age dispositive bene
facere tamen in cognitione prior
est virtus / quam peccatum / quia
per rectum cognoscitur obliquum
ut dicitur in libro de anima / Per
legem autem cognitio peccati
ut dicitur Romanos 7 et ideo habet
precepta affirmativa debuissent
poni primo / Sed non est ideo ista
ordinis Sed que posita est quod
in preceptis pertinentibus ad deum
que sunt prima tabule Vltimo
ponitur affirmativum preceptum
quia eius transgressio mino-
rem reatum inducit Secundo
dicit quod peccatum cordis et si
sit prius in executione
tamen eius prohibitio posterius
cadit in rationem.
Ad 4 sic proceditur videtur
quod precepta decalogi
inconvenienter tradantur ...

tum affirmativa ordinantur ad actus virtutum
precepta autem negativa abstrahunt
ab actibus vitiorum / Sed ita quod in
multis opponuntur sibi virtutes
et vitia / ergo etiam quod in ... de-
bent ordinari preceptum decalogi de-
bent poni precepta affirmativa
et negativa in quocumque / Igitur
quedam negativa ponuntur et quedam
affirmativa / Secundo videtur quod
cum omnibus hoc tamen constat sed
quia precepta decalogi sunt pertinentia
ad legem divinam ... omnibus
debent ideo assignari / et non
solum in primo et tertio precepto / Secundo
per abstinentiam preceptorum in-
... aliquis prima adeo
Sed dicuntur promissiones sunt de pri-
mis preceptorum / ergo promissio
debent poni in omnibus preceptis
et non solum in primo et in quarto
Secundo lex vetus que timore
inducendo per comminationes penarum
inducebat ad observationes
preceptorum Sed omnia precepta
decalogi pertinent ad legem
veterem / ergo in omnibus debuit
poni comminatio pene et non
solum in primo et secundo / Dicitur enim
Proverbiis 3 Describe ea in tabulis
cordis tui / Secundo ergo solo
3o precepto fit mentio de memoria
et ita videtur quod precepta deca-
logi inconvenienter tradita esse
Sed contra est quod dicitur Sapientie 11 quod
deus omnia fecit in numero et
pondere et mensura multo magis
igitur in preceptis sue legis con-
gruum modum tradendi servavit
Respondeo dicendum quod in preceptis di-
vine legis maxima sapientia

comminatio
Item omnia pre-
cepta dei
in memoria
retinenda sunt /

9tinetur Vn dr Deut. 4.
Hec e sapia et intellectus vra
coram pplis / sapientis aut est omnia de
bito modo et ordine disponere
/ et ideo manifestum esse oz / q precepta
legis convenienti modo sunt tradi
ta / Ad primum ergo dicendum / quod separa
ad affirmatione sc negatio
opposita Non aut sequitur ex remotione
ad negationem unius opposita affirmatio
alterius Sequitur enim si est album non est
nigrum Non tamen sequitur si non est
nigrum / ergo est album quia ad
plura se extendit negatio quam
affirmatio / et inde est quod non esse
faciendum iniuriam quod pertinet ad
precepta negativa ad plures personas
se extendit Quam primum dictamine
rationis quam est debitum ut alicui
obsequium vel beneficium impen
datur Inest aut primo dic
tamini rationis quod homo debitor
est beneficii vel obsequii exhibendi
illis a quibus beneficia accepit
si nondum recompensavit Duo
aut sunt quorum beneficiis sufficienter
nullus recompensare potest scilicet deus et
pater ut dicitur in viii ethicorum / Et
ideo sola duo precepta affirmativa ponuntur
unum de honore parentum / aliud
de celebratione sabbati in comme
moratione divini beneficii / Ad secundum dicendum quod illa precepta que
sunt moralia habent manifestam rationem
Unde non oportuit quod in eis
aliqua ratio adderetur Sed quibusdam
dam preceptis additur ratio vel
ut determinatio precepti moralis
communis Sicut in primo precepto
Non facias sculptile et in
3o precepto determinatur dies sab
bati / et ideo utrobique oportuit
rationem assignari / Ad 3m dicendum quod
homines ut plurimum actus suos
ad aliquam utilitatem ordinant

/ et ideo in illis preceptis necesse
fuit promissionem premii apponere
ex quibus videbatur nulla uti
litas sequi vel aliqua uti
litas impediri / Quia vero parentes
sunt iam recedentes a quibus non
expectatur utilitas / Et ideo pre
cepto de honore parentum additur
promissio Similiter etiam et
de precepto de prohibitione ydo
latrie quia per hoc videbatur
impediri apparens utilitas
quam homines credunt se posse
consequi per pactum cum demonibus
inimicis / Ad 4m dicendum
quod pene precipue sunt necessarie
contra illos qui sunt proni ad ma
lum ut dicitur in x ethicorum / Et ideo
illis solis preceptis legis addi
ta comminatio penarum in quibus
erat pronitas ad malum / Erant
aut homines proni ad ydola
triam propter generalem consuetudinem
gentium et similiter etiam sunt homines
proni ad periurium propter frequentiam
iuramenti / Et ideo primis duobus
preceptis adiungitur comminatio
Ad 5m dicendum quod preceptum de
sabbato ponitur ut commemorativum
beneficii preteriti / et ideo specialiter in eo
fit mentio de memoria vel quia
preceptum de sabbato habet determinationem
adiunctam que non est de lege nature
et ideo hoc preceptum speciali commo
natione indiguit

Ad 8. sic proceditur Videtur quod precep
ta decalogi sint dispensa
bilia / Precepta enim decalogi
sunt de iure naturali / Sed ius naturale
in aliquibus deficit et mutabile
est sicut / et natura humana ut
philosophus dicit in v ethicorum / Defectus
aut legis in aliquibus particularibus

2 // manifestam

casibus est ratio dispē^di ut
dictū est ergo in preceptis decalo
gi pōt fieri dispensatio ¶ Tertio
aut sic / sicut scilicet hō ad legem
humanam ita sicut deus ad
legem datam diuinitus / Sed hō
pōt dispē^re in preceptis legis
que hō statuit / ergo cum precepta
decalogi sint instituta a
deo videtur quod deus in eis
possit disp^re sed prelati uice
dei funguntur / Dicit enim apostolus
ij ad Cor. ij^o Nam et
ego si quid donaui propter vos
donaui in persona xpi / ergo et
prelati possunt in preceptis deca
logi dispensare ¶ Item inter
precepta decalogi continetur prohi
bitio homicidij / Sed in isto precepto
videtur dispensari prohibemus
puta cum fm preceptum legis
humane homines licite occidunt
puta malefactores vel hostes
ergo precepta decalogi sunt dispensabilia
¶ Item obseruatio sabbati continetur
inter precepta decalogi sed
in hoc precepto fuit dispensatum
dicit enim j machab. ij et cogita
uit in die illa dicentes
omnis quicumque venerit ad nos
in bello die sabbatorum pugne
mus aduersus eum / ergo precep
ta decalogi sunt dispensabilia
¶ Sed contra quod dicitur ysa. xxiiij
quidam reprehenduntur
de hoc quod mutauerunt ius dis
pensauerunt fedus sempiternum
quod maxime videtur intelligi
de preceptis decalogi ergo precepta
decalogi mutari per dispe
sationem non possunt ¶ Respondeo dicendum
quod sicut supra dictum est et
in preceptis debet fieri dis

pensatio quando occurrit aliquis particu
laris in quo si uerbum legis ob
seruetur contrarietur intentioni legis
latoris / Intentio autem legislatoris
cuiuslibet ordinatur primo quidem
et principaliter ad bonum commune / Secundo autem
ad ordinationem iusticie et virtutis
secundum quam bonum commune conseruatur et ad
ipsum peruenitur / Si qua ergo precepta
dantur que continent ipsam conseruationem
boni communis vel ipsum ordinem iusticie
et virtutis huiusmodi precepta continent
intentionem legis latoris et ideo
indispensabilia sunt / Puta si pone
retur hoc preceptum in aliqua communitate
quod nullus destrueret rem publicam
neque proderet ciuitatem hostibus
siue quod nullus faceret aliquid iniuste
vel male huiusmodi precepta essent
indispensabilia / Sed si alia
precepta traderentur ordinata ad
illa precepta quibus determinantur aliqui
speciales modi in talibus preceptis
dispensatio posset fieri / inquantum
per omissionem huiusmodi preceptorum
in aliquibus casibus non fieret
preiudicium primis preceptis que
continent intentionem legislatoris
puta si ad conseruationem rei publice
statueretur in aliqua ciuitate
quod de singulis vicis aliqui
vigilarent ad custodiam ciuitatis
obsesse posset tamen aliquibus
dispē^ri propter aliquam maiorem
utilitatem / Precepta autem deca
logi continent ipsam intentionem
legislatoris scilicet dei / Nam precepta
prime tabule que ordinant
ad deum continent ipsum ordinem
ad ipsum bonum commune et finale
quod deus est / Precepta autem
secunde tabule continent ipsum

88

ordinem iustitie inter homines
observandum, ut scilicet nulli
fiat indebitum, et cuilibet
reddatur debitum. Secundum hanc [enim] ra-
tionem sunt intelligenda precep-
ta decalogi, et ideo sunt omnino
indispensabilia. Ad primum dicendum quod philosophus
non loquitur de iusto naturali quod continet
ipsum ordinem iustitie. Hoc enim
numquam deficit, iustitiam esse
servandam; sed loquitur quantum
ad determinationes modi iustitie
que in aliquibus fallit. Ad
secundum dicendum quod sicut apostolus dicit ad Thi-
motheum, Deus fidelis permanet,
negare seipsum non potest. Ne-
garet autem seipsum, si ordinem
iustitie sue auferret, cum ipse sit
ipsa iustitia. Et ideo in hoc
Deus dispensare non potest, ut
homini ~~ve~~ liceat non ordinate
se habere ad deum, vel non
subdi ordini iustitie eius,
etiam in his que secundum homines ad
invicem ordinantur. Ad tertium
dicendum: cum occisio hominis pro-
hibetur in decalogo secundum quod
habet rationem indebiti, sic enim preceptum
continet ipsam rationem iustitie.
Lex autem humana hoc concedere
non potest, quod liceat homo
indebite occidatur. Sed male-
factores occidi vel hostes rei
publice, hoc non est indebitum.
Unde hoc non contrarium
precepto decalogi. Nota
tamen quod talis occisio est ho-
micidium quod precepto decalo-
gi prohibetur, ut Augustinus
dicit in I De libero arbitrio. Et similiter
si alicui auferatur quod
suum erat, si debitum est

quod ipsum amittat, hoc non est furtum
vel rapina que precepto de-
calogi prohibentur. Et ideo quando
filii Israel precepto dei tule-
runt Egyptiorum spolia, non
fuit furtum, quia hoc eis de-
bebatur ex sententia dei. Simili-
ter Abraham cum consensit
occidere filium, non consensit in
homicidium, quia debitum
erat occidi eum per mandatum
dei qui est dominus et vite et
mortis. Ipse enim est qui penam
mortis infligit omnibus hominibus
iustis et iniustis pro peccato pri-
mi parentis, cuius si homo sit
executor auctoritate divina, non
erit homicida, sed nec deus.
Et similiter Osee accedens
ad uxorem fornicariam vel
ad mulierem adulteram, non est
mechatus nec fornicatus, quia
accessit ad eam que sua erat
secundum mandatum divinum, qui est
auctor institutionis matrimonii.
Sic igitur precepta ipsa decalogi
quantum ad rationem iustitie quam
continent immutabilia sunt; sed quantum
ad aliquam determinationem per
applicationem ad singulares actus,
ut hoc vel illud sit homi-
cidium, furtum vel adulterium
aut non, hoc quidem est mutabile,
quandoque sola auctoritate divina in
his scilicet que a solo deo sunt
instituta, sicut in matrimonio et in
aliis huiusmodi; quandoque etiam auctoritate
humana, sicut in his que sunt
commissa hominum iurisdictioni.
Quantum enim ad hoc gerunt homines
vicem dei, non autem quantum
ad omnia. Ad quartum dicendum quod illa
excogitatio magis fuit

interpretatio precepti | quia dis-
pensatio sed cum intelligitur
violare sabbatum qui facit
opus quod necessarium
ad salutem humanam Unde
dominus probat mt xii

Ad iiii sic proceditur videtur
quod modus virtutis ca-
dat sub precepto legis Est
enim modus virtutis ut aliquis
iuste operetur iusta et forti-
ter fortia et sic de aliis virtutibus
Sed in Deut xvi iuste
quod iustum est prosequeris
ergo modus virtutis cadit sub
precepto Preterea id maxime cadit sub precepto quod est de intentione
legis latoris Sed intentio
legis latoris adhibet principa-
liter ut homines faciat vir-
tuosos sicut dicitur in ii ethic
Virtuosi autem est virtuose
agere ergo modus virtutis cadit
sub precepto Preterea modus virtutis
proprie esse videtur ut ab volun-
tate et delectabiliter operetur Sed hoc
cadit sub precepto legis divine
Dicitur in ps Servite domino
in letitia Et ii ad Cor ix non
ex tristitia aut necessi-
tate hylarem enim diligit deus datorem
Ubi dicit glossa Quicquid boni
facis cum hylaritate fac et
tunc bene facis Si autem cum tristi-
cia facis fit de te non tu facis
ergo modus virtutis cadit sub
precepto legis Sed contra est quod
nullus potest operari eo modo
quo virtuosus operatur nisi
habeat habitum virtutis ut patet
per philosophum in ii et v ethic

Quicumque autem transgreditur preceptum
legis meretur penam Sequeretur
ergo quod ille qui non habet virtutem
quicquid faceret mereretur penam
Hoc autem est contra intentionem
legis que intendit hominem
assuefaciendo ad bona opera indu-
cere ad virtutem non ergo modus virtutis
cadit sub precepto Respondeo dicendum
quod sicut supra dictum est preceptum
legis habet vim coactivam illud
ergo cadit sub precepto legis (coactio)
directe ad quod lex cogit Coactio
autem legis est per metum pene
ut dicitur in x ethic Illud enim proprie
cadit sub precepto legis pro quo
pena legis infligitur Aduersi
tamen ergo penam aliter se habet
lex divina et humana non enim
pena legis infligitur nisi pro illis
de quibus habet legislator iudi-
care quia ex iudicio legis
punit lex Homo autem qui est lator
legis humane non habet iudicare
nisi de exterioribus actibus quia
homines vident ea que apparent (patet)
ut dicitur i Reg xvi Sed solus
deus qui est lator legis divine
est iudicare de motibus
interioribus voluntatis secundum illud ps
Scrutans corda et renes deus
Secundum hoc ergo dicendum est quod modus virtutis
quantum ad aliquid respicitur a lege
humana et divina quantum
ad aliquid a lege divina sed non
a lege humana quantum autem (ad aliud)
nec a lege humana nec a lege
divina Modus autem virtutis
in tribus consistit secundum philosophum in ii
ethic quorum primum est si ab
operans sciens Hoc autem diiudi-
catur et a lege divina et a lege

humana quod non [ad]s[unt] facit ignorantiam per accidens facit. Unde secundum ignorantiam aliquis diiudicatur ad poenam vel ad veniam tam secundum legem humanam quam secundum legem divinam.

Tertium autem est ut aliquis operetur volens vel eligens, et propter hoc eligens, in quo importatur duplex motus interior, scilicet voluntatis et intentionis, de quibus supra dictum est. Et ista duo non diiudicat lex humana, sed solum lex divina. Lex enim humana non punit eum qui vult occidere et non occidit, sed punit eum lex divina, secundum illud Matthaei V: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

Quartum autem est ut firme et immobiliter habeat et operetur. Et ista firmitas proprie pertinet ad habitum, ut scilicet ex habitu radicato operetur. Et quantum ad hoc modus virtutis non cadit sub praecepto neque legis divinae neque legis humanae. Non enim ab homine neque a Deo punitur tanquam praecepti transgressor qui debitum honorem impendit parentibus, quamvis non habeat habitum pietatis.

Ad primum ergo dicendum quod modus faciendi actum iustitiae qui cadit sub praecepto est ut fiat secundum ordinem iuris, non autem ut fiat ex habitu iustitiae.

Ad secundum dicendum quod intentio legislatoris est de duobus. De uno quidem ad quod intendit per praecepta legis inducere, et hoc est virtus. Aliud autem est de quo intendit praeceptum ferre, et hoc est id quod ducit vel disponit ad virtutem, scilicet actus virtutis. Non enim idem est finis praecepti et illud de quo praeceptum datur, sicut nec in aliis rebus idem est finis et quod est ad finem.

Ad tertium dicendum quod operari sine tristitia opus virtutis cadit sub praecepto legis divinae, quia quicumque cum tristitia operatur non volens operatur. Sed delectabiliter operari sive cum laetitia aut hilaritate quodammodo cadit sub praecepto, scilicet secundum quod sequitur delectatio ex dilectione Dei et proximi, quae cadit sub praecepto, cum amor sit causa delectationis; et quodammodo non, secundum quod delectatio consequitur habitum. Delectatio enim operis est signum habitus generati, ut dicitur in II Ethicorum. Potest etiam aliquis actus esse delectabilis vel propter finem vel propter convenientiam habitus.

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod modus caritatis cadat sub praecepto legis divinae. Dicitur enim Matthaei XIX: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Ex quo videtur quod observatio mandatorum sufficiat ad introducendum in vitam. Sed opera bona non sufficiunt ad introducendum in vitam nisi ex caritate fiant. Dicitur enim I ad Corinthios XIII: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ergo modus caritatis est in praecepto.

Praeterea, ad modum caritatis proprie pertinet ut omnia fiant propter Deum. Sed

illud cadit sub precepto Ut
cum apostolus ad Corinthios x°
Omnia in gloriam dei facite
ergo modus caritatis sub precep-
to cadit ¶ Item si modus caritatis
non cadit sub precepto ergo
aliquis potest implere precepta legis
non habens caritatem Sed quod potest
fieri sine caritate potest fieri sine
gratia que semper annexa est
caritati / ergo aliquis potest implere
precepta legis sine gratia hic
est ergo pelagianorum error ut
patet per Augustinum in libro de he-
resibus / ergo modus caritatis est
in precepto ¶ Sed contra est quod qui-
cumque non servat preceptum
peccat mortaliter Si igitur modus
caritatis cadit sub precepto
Sequitur quod quicumque operatur aliquid
et non ex caritate peccat mor-
taliter Sed quicumque non habet caritatem
operatur non ex caritate / ergo
sequitur / quod quicumque non habet
caritatem peccat mortaliter
in omni opere quod facit quan-
tumcumque sit de genere bonorum
quod est inconveniens ¶ Respondeo dicendum quod circa
hoc contrarie opiniones fue-
runt Quidam enim dixerunt absolute
modum caritatis esse sub pre-
cepto / nec est impossibile obser-
vare / hoc preceptum caritatem
non habenti / quia potest se disponere
ad hoc / quod caritas infundatur
ei a deo / nec quandocumque aliquis
non habens caritatem facit aliquid
de genere bonorum peccat mor-
taliter / quia hoc est preceptum affir-
mativum / ut ex caritate operetur
et non obligat ad semper sed

pro tempore illo quo aliquis habet caritatem
Alii vero dixerunt / quod modus caritatis
omnino non cadit sub precepto
Utrique autem quantum ad aliquid veritatem
dixerunt Actus enim caritatis dupliciter
considerari potest Uno modo secundum quod est
quidam actus per se et hoc modo
cadit sub precepto legis quod de hoc
specialiter datur / scilicet Diliges dominum deum tuum et
proximum tuum / et quantum ad hoc primi
verum dixerunt non enim est impossibile
hoc preceptum observare quod est de
actu caritatis / quia homo potest
se disponere ad caritatem habendam
et quando habet eam potest ea uti Alio
modo potest considerari actus caritatis
secundum quod est modus actuum aliarum virtutum
hoc est secundum quod actus aliarum virtutum
ordinantur ad caritatem que est
finis precepti / ut dicitur i ad Thimotheum primo
Dictum est enim supra quod intentio
finis est quidam modus formalis
actus ordinati ad finem et hoc
modo verum est quod secundi dixerunt quod
modus caritatis non cadit sub pre-
cepto / Honora patrem tuum et 1 hoc est dictum quod in hoc precepto
non includitur quod honoret patrem
ex caritate sed solum quod honoret patrem
Unde qui honorat patrem licet
non habens caritatem non efficitur
transgressor huius precepti Sed
si sit transgressor / quod est de
actu caritatis propter quam transgressionem
meretur penam Ad
primum ergo dicendum Cum dicitur non dicit
Si vis ad vitam ingredi serva
mandata omnia Sed serva omnia
mandata intelligitur quod etiam conti-
netur mandatum de dilectione dei
et proximi ¶ Ad 2 dicendum quod
sub mandato caritatis continetur

ut diligatur deus ex toto cor-
de. ad quod pertinet ut omnia
referantur in deum. Et ideo prae-
ceptum caritatis homo implere non po-
test nisi etiam omnia referantur in deum.
Sic ergo qui honorat parentes
tenetur ex caritate honorare
non ex vi praecepti huius quod dicit Ho-
nora parentes. Sed ex vi huius
praecepti Diliges dominum deum tuum ex to-
to corde tuo. Et ad ista duo
praecepta affirmativa non obligant
ad semper, non possunt pro diversis
temporibus ~~temporibus~~ obligare. Et
ita potest contingere quod aliquis implens
praeceptum de honoratione parentum non tunc
transgrediatur praeceptum de omissio-
ne modi caritatis. Ad tertium dicendum
quod observare omnia praecepta legis
[non] homo potest nisi impleat praeceptum caritatis
quod non fit sine gratia. Et ideo impossi-
bile est quod Pelagius dixit implere
hominem sine gratia.

Ad xi sic proceditur. Videtur quod incon-
venienter distinguantur alia
praecepta moralia legis praeter
decalogum. Quia ut dicitur
Matth. xxii, in duobus praeceptis
caritatis pendet omnis lex et prophetae.
Sed haec duo praecepta explicantur
per praecepta decalogi.
Ergo non oportet alia praecepta mo-
ralia esse. Praeterea praecepta mo-
ralia a iudicialibus et caeremo-
nialibus distinguuntur ut dictum
est. Sed determinationes communium
praeceptorum moralium pertinent
ad iudicialia et caeremonialia
praecepta. Quia autem praecepta
moralia sub decalogo continen-
tur vel etiam decalogo prae-
supponuntur ut dictum est,
ergo inconvenienter traduntur alia
praecepta moralia praeter decalo-
gum. Praeterea praecepta moralia
sunt de actibus omnium virtutum
ut supra dictum est. Sicut ergo
in lege ponuntur praecepta
moralia praeter decalogum
pertinentia ad latriam, liberalita-
tem et misericordiam, et castitatem, ita
etiam deberent poni aliqua
praecepta pertinentia ad alias
virtutes, puta ad fortitudinem,
sobrietatem et quaedam huiusmodi. Quod tamen
non invenitur. Non ergo inconvenienter
distinguuntur in legalia prae-
cepta moralia quae sunt praeter
decalogum. Sed contra est quod dicitur
in psalmo: Lex domini immaculata
convertens animas. Sed per alia etiam
moralia quae superadduntur [decalogo]
homo conservatur absque macula
peccati et anima eius ad deum
convertitur. Ergo ad legem pertine-
bat etiam alia praecepta mora-
lia tradere. Respondeo dicendum quod sicut
ex dictis patet, praecepta iudicialia
et caeremonialia ex sola insti-
tutione vim habent, quia antequam [antea]
instituerentur non videbatur referre
utrum sic vel aliter fieret. Sed
praecepta moralia ex ipso dic-
tamine naturalis rationis efficaciam
habent etiam si nunquam in
lege statuantur. Horum autem
triplex est gradus. Nam quaedam
sunt certissima et adeo mani-
festa quod editione non indigent,
sicut mandata de dilectione
dei et proximi, et alia huiusmodi
ut supra dictum est, quae sunt
quasi fines praeceptorum. Unde
in eis nullus potest errare
secundum iudicium rationis. Quaedam

vero sunt magis determinata
quorum rationem quilibet statim cognoscit
etiam popularis per se facili
ter/ et tamen quia in paucio
ribus circa huiusmodi contingit
iudicium humanum perverti
(indigent) huius editione/ et hec sunt
precepta decalogi. Secundo
vero sunt quorum ratio non est
adeo manifesta sed solum sa
pientibus/ et ista sunt precepta
moralia super addita de
calogo tradita a deo populo
per moysen et aaron. Sed quia
ea que sunt manifesta sunt principia
cognoscendi/ et eorum que non
sunt manifesta alia precepta
moralia superaddita decalo
go reducuntur ad precepta
decalogi per modum cuiusdam
additionis ad ipsa. Nam
in primo precepto decalogi
prohibetur cultus alienorum deorum
(da pre) tamen superadduntur prohibitiva
eorum que ordinantur ad cul
tus ydolorum sicut dicitur
Deut. xviii. Non inveniatur
in te qui lustret filium suum
aut filiam ducens per ignem
nec sit maleficus incantator
nec phitones consulat neque
neque divinos et querens a mor
tuis veritatem. Secundum autem pre
ceptum prohibet periurium superadditur
autem ei prohibitio
blasfemie Levit. xxiiii.
Prohibitio falsae doctrine
Deut. xiii. Tertio vero
precepto superadduntur omnia
ceremonialia. Quarto autem
precepto de honore parentum

superadditur preceptum de honora
tione senum secundum illud Levit. xix. Co
ram cano capite consurge et ho
nora personam senis/ et universaliter omnia
precepta inducentia ad reverentiam
exhibendam maioribus vel ad
beneficia exhibenda vel equa
libus vel minoribus. Quinto autem
precepto quod est de prohibitione
homicidii superadditur prohibitio
odii/ et cuiuslibet violationis contra proximum
sicut illud Levit. xix. Non stabis
contra sanguinem proximi tui et etiam
prohibitio odii fratris secundum illud Ne oderis fratrem
tuum in corde tuo. Precepto autem
quod est de prohibitione
adulterii superadditur preceptum
de prohibitione meretricii secundum
illud Deut. xxiii. Non erit mere
trix de filiabus israel
neque fornicator de filiis israel
et iterum prohibitio vitii contra naturam
secundum illud Levit. xviii. Cum mas
culo non commisceberis cum omni pecore (peccore)
non coibis. Precepto autem
de prohibitione furti
~~Precepto autem precepto~~ adiungitur
preceptum de prohibitione usure secundum
illud Deut. xxiii. Non fenera
beris fratri tuo ad usuram et prohibitio
fraudis secundum illud Deut.
xxv. Non habebis in sacculo
diversa pondera/ et universaliter omnia
que ad prohibitionem calumnie
et rapine pertinent. Octavo vero
precepto quod est de prohibitione
falsi testimonii additur prohibitio
falsi iudicii secundum illud Exod. xxiii.
Nec in iudicio plurimorum
acquiesces sententie/ ut a vero devies

et prohibitio mendacii. Sicut
ibi subditur: Mendacium fu-
gies. Et prohibitio detractionis,
sicut Levit. 19: Non eris
criminator et susurro in populis.
Aliis autem duobus praeceptis nulla
alia adiunguntur, quia per
eius mali concupiscentia prohi-
betur. Ad primum ergo dicendum quod ad
dilectionem Dei et proximi ordina-
tur quae sunt praecepta decalogi,
sicut tamen dictum est, verum quaedam
magis evidenter. Ad 2 dicendum quod
praecepta caeremonialia et iudicialia
sunt determinativa praeceptorum deca-
logi ex vi institutionis, non
autem ex vi naturalis instinctus, sicut
praecepta moralia superaddita.
Ad 3 dicendum quod praecepta legis
ordinantur ad bonum commune, ut
supra dictum est. Et quia virtutes
ordinantes ad alios directe per-
tinent ad bonum commune, et similiter virtus
castitatis in quantum actus generationis
deservit bono communi speciei, ideo
de istis virtutibus directe dantur
praecepta decalogi et praecepta super-
addita. De actu autem fortitudinis
datur praeceptum proponendum per
duces exhortantes in bello, quod
pro bono communi suscipitur, ut patet
Deuteron. 20, ubi mandatur
sacerdoti: Nolite metuere, nolite
cedere. Similiter etiam actus gulae pro-
hibere committitur monitioni
paternae, quia contrariatur bono dome-
stico, unde dicitur Deut. 21 ex
persona parentum: Monita nostra au-
dire contempnit, comessationibus
vacat et luxuriae atque conviviis.

Duodecimo sic proceditur. Videtur quod prae-
cepta moralia veteris
legis iustificabant. Dicit

enim apostolus Rom. 2: Non enim
auditores legis iustificabuntur,
sed factores legis. Sed factores qui implent
praecepta legis. Ergo praecepta legis
adimpleta iustificabant. Praeterea
Levit. 18: Custodite leges
atque iudicia quae faciens ho-
mo vivet in eis. Sed vita spiritualis
hominis est per iustitiam. Ergo prae-
cepta legis adimpleta iusti-
ficabant. Praeterea lex divina ef-
ficacior est quam lex humana.
Sed lex humana iustificat; est
enim iustitia in hoc quod quidam
praecepta legis adimplent. Ergo
praecepta legis iustificabant.
Sed contra est quod dicit apostolus 2 Cor.
3: Littera occidit, spiritus autem
vivificat. Quod secundum Augustinum in
libro De spiritu et littera intelli-
gitur etiam de praeceptis moralibus.
Ergo praecepta moralia non insti-
ficabant. Respondeo dicendum quod sicut
sanum proprie et primo dicitur quod habet
sanitatem, per posterius autem quod
significat sanitatem vel quod conser-
vat sanitatem, ita iustificatio
primo et proprie dicitur ipsa factio
iustitiae; secundario vero et quasi impro-
prie dici iustificatio significatio
iustitiae vel dispositio ad
iustitiam. Quibus duobus modis
manifestum est quod praecepta legis
iustificabant, in quantum scilicet dispo-
nebant homines ad gratiam
Christi iustificantem, quam etiam
significabant, quia sicut dicit Augustinus contra
Faustum, etiam
vita illius populi prophetica erat
et Christi figurativa. Sed si loquamur
de iustificatione proprie
dicta, sic considerandum est quod iustitia

pt accepi put est in actu ul
put est in actu Et sm hec
iustificacio dr dicit Vno
quo ho sit iustus ad
pictus habitu iusticie Alia
vero modo ho op opere iusticie
opatur et sic dr iustus / aut
sit aliud qm iusticie ex causa
tio iusticia aut sicut et alie
virtutes / pt accepi et acqui
sita et infusa / ut ex supra
dictis pz Acquisita quidem
causatur ex opibus Infu
sa causatur ab ipso deo per
graciam et hec est vera iusti
cia de qua nunc loquimur sm
quam ali iusti apud deum qui
d rom iiii Si abraham
ex opibus legis iustificatus
est / et hz gloriam sed non
apud deum Hec igitur iusticia
causari non poterat per precepta
moralia que sunt de actibus
humanis / sic precepta moralia iu
stificare non poterant iusticiam
causando / sed vero acquisita iusti
ficatio per execucionem iusticie / sic p
cepta moralia iustificabant in
quantum continebant id quod est
se iustum / illa sed ca veteris
legis gentium non observabant
/ sicut observant sacrata no
ue legis / que per se hnt iusti-
ciam Si vero iustificacio acci
piatur per execucionem iusticie
sic omnia precepta legis iusti
ficabant aliter tamen et aliter
Nam precepta cerimonialia
continebant quidem iusticiam
/ sic in generali put scilicet
exhibebantur in cultum dei

Inspeciali vero non continebant sic su
iusticiam nisi ex sola legis de
terminatione diuine Et ideo de his
preceptis dr quod non iustificabant
nisi ex deuocione et
obediencia facientium Precepta vero
moralia et iudicialia continebant
illud quod erat sic se iustum vel
in generali vel etiam in speciali Sed
precepta moralia continebant illud
quod erat sic se iustum / sic iusticia
generalem que est omnis virtus ut dr
in v ethicorum Precepta vero iudicialia
pertinebant ad iusticiam specialem
que consistit circa actus humane vite
qui sunt inter homines ad inuicem
Tercio patet quod apostolus accipit
ibi iustificacionem pro execucione iusticie
Ad 3m dicendum quod facientes precepta
legis dicitur vivere in eis quia non
incurebant penam mortis qua
lex transgressoribus infligebat in
quo sensu inducit hoc apostolus ad
Galathas iii Ad 3m dicendum quod precepta
legis humane iustificant iusticia
acquisita de qua non querimus
ad presens sed solum de iusticia que est apud deum
Consequenter queritur de
preceptis cerimonialibus et
primo de ipsis sic se 2o de
causa eorum 3o de duracione
ipsorum Circa primum queruntur
quatuor Primo que sit racio
preceptorum cerimonialium 2o vtrum
sint figuralia 3o utrum debuerint
esse multa 4o de diuisione ipsorum
Ad primum sic proceditur videtur quod racio
preceptorum cerimonialium non
in hoc consistat quod pertineant ad cultum
dei In lege enim veteri dantur
iudeis quedam precepta de ab
stinencia ciborum vt pz leuitici

xi. Et etiam de abstinendo ab ali-
quibus vestimentis. Unde Levitici
xix. Vestem que ex duobus
texta est non indueris. Et Numeri
capitulo xv°. ut faciant
sibi fimbrias per angulos
palliorum. Sed huiusmodi non sunt
precepta moralia que non ma-
nent in nova lege / nec etiam
iudicialia que non pertinent ad iu-
dicium faciendum inter homines / ergo sunt
cerimonialia. Sed in nullo pertinere
videntur ad cultum dei / ergo non
est ratio cerimonialium preceptorum
que pertinent ad cultum dei. Pre-
terea quidam dicunt quod precepta cerimonia-
lia dicuntur illa que pertinent
ad sollempnitates quasi dicerentur
a cereis / que in sollempnitatibus
accenduntur. Sed multa alia
sunt pertinentia ad cultum dei
preter sollempnitates / ergo non videtur
quod precepta cerimonialia ea ratione
dicantur quod pertinent ad cultum dei.
Preterea quosdam precepta cerimonia-
lia dicuntur quasi normativa idest re-
gulativa salutis. Nam chere in
greco est idem quod salve. Sed omnia
precepta legis sunt regulativa salutis
et non solum illa que pertinent
ad cultum dei / ergo non solum illa
que pertinent ad cultum dei. Pre-
terea rabi moyses dicit quod precepta cerimo-
nialia dicuntur quorum ratio non est
manifesta / sed pertinentia ad cultum
dei habent rationem manifestam. Sicut
observatio sabbati / et celebratio
phase / et scenophagie et
multorum aliorum quorum ratio
in lege signatur / ergo cerimonia-
lia non sunt que pertinent ad

cultum dei. Sed contra est quod di-
citur exodi xviii°. Esto tu populo in his
que ad deum pertinent ostendasque
populo cerimonias et ritum
colendi. Respondeo dicendum quod sicut
supra dictum est precepta cerimonia-
lia determinant precepta mora-
lia in ordine ad deum sicut
iudicialia determinant precepta
moralia in ordine ad proximum.
Homo autem ordinatur ad deum
per debitum cultum / et ideo
cerimonialia proprie dicuntur que ad
cultum dei pertinent / ratio autem huius
nominis supra posita est ubi precepta
sunt cerimonialia ab aliis dis-
tincta. Ad primum ergo dicendum quod ad
cultum dei pertinent non solum sa-
crificia / et alia huiusmodi que immediate
ad deum ordinari videntur. Sed
etiam debita preparatio colentium
deum ad cultum ipsius sicut
etiam in aliis quecumque sunt
preparatoria ad finem cadunt
sub scientia que est de fine. Huiusmodi
precepta autem que dantur in lege
de vestibus / et cibis colentium
deum / et aliis huiusmodi pertinent
ad quandam preparationem ipsorum
ministrantium / ut sint ydonei
ad cultum dei / sicut etiam specialiter
observantias aliqui habent
qui sunt in ministerio regis. Unde
etiam sub preceptis cerimonialibus
continentur. Ad secundum dicendum quod illa
expositio nominis non videtur esse ad
cultum conveniens quia non
multum invenitur in lege quod in
sollempnitatibus cerei accenderentur
sed in ipso etiam candelabro lu-
cerne cum oleo olivarum prepara-
bantur ut patet Levitici xxiiii°

Nichilominus tamen propter dicta quod in
sollempnibus omnia alia que
ad cultum dei pertinebant
diligentissime observabat. Et
sic hec in observacione sollemp
nitatum omnia cerimonialia in
cluduntur. Tho. 2 dd. quod nunc
illa expositio unius cum ce
rimoniis consensus non est cum
cerimonie non est contra sed la
tum. Dicitur tamen dicta quod cum
salus hominis sit a deo propter
illa precepta videntur esse
salutis, quod homines ordi
nat ad deum. Et cerimonialia
dicuntur que ad cultum dei
pertinent. Tho. 2 dd. quod in
tantum cerimonialia cum quo
dammodo probabilibus non quod ex
eo dicuntur cerimonialia
quia ratio eorum non est ma
nifesta. Sed hec est quedam
consequens quia cum precepta
ad cultum dei [1] ~~ordinata~~
[1] pertinencia oportet esse figurativa ut supra dictum
simile est quod eorum ratio non est
adeo manifesta.

Ad secundum sic proceditur videtur quod
precepta cerimonialia
non sunt figurativa. Pertinet
enim ad officium cuiuslibet docto
ris ut sic pronunciet ut
de facili intelligi possit. Augustinus
De ... in 4 de doctrina
christiana. Et hoc maxime videtur
esse necessarium in latione legis
quia precepta legis proponuntur
populo. Unde lex debet esse manifesta. Ut
dicit Ysidorus. Si igitur precepta
cerimonialia data sunt in
alicuius rei figuram videtur

inconveniens tradidisse huiusmodi pre
cepta Moyses non exponens
quid figuraret. [2] Preterea que in
cultu dei aguntur maxime
decet honestate carere. Sed facere
aliqua facta ad alia [3] ~~representanda~~ videtur
esse theatrum vel poeticum. In
theatris enim representabantur aliquando per
ea que ibi gerebantur quedam
aliorum facta. Ergo videtur quod huiusmodi
non debent fieri ad cultum dei
ut dictum est. Sed cerimonialia
ordinantur ad cultum dei ut dictum
est. Ergo cerimonialia non debent
esse figurativa. Preterea Augustinus dicit
in Enchiridion. Deus maxime
colitur spe fide et caritate. Sed
hec non sunt figurativa. Ergo precep
ta cerimonialia non debent esse
figurativa. Preterea Dominus dicit Johannis 4.
Spiritus est deus et omnes qui ado
rant eum in spiritu et veritate
adorare oportet. Sed figura non est ipsa
veritas, ymmo contra invicem divi
duntur. Ergo cerimonialia que
pertinent ad cultum dei non debent
esse figurativa. Sed contra est quod
apostolus dicit ad Colossenses 2º. Nemo
vos iudicet in cibo aut in
potu aut in parte diei festi
aut neomenie aut sabba
torum que sunt umbra futurorum.
Respondeo dicendum quod sicut iam dictum
est precepta cerimonialia dicuntur
que ordinantur ad cultum dei.
Est autem cultus dei duplex:
interior et exterior. Cum enim homo
sit compositus ex anima et corpore
utrumque debet applicari ad
colendum deum, ut scilicet anima
colat interiori cultu, et corpus
exteriori. Unde dicitur in psalmo

[1] ea
[1] reputanda

Cor meum et caro mea exultaverunt in deum vivum. Et sicut corpus ordinatur in deum per animam, ita cultus exterior ordinatur ad interiorem cultum. Consistit autem cultus interior in hoc quod anima coniungatur deo per intellectum et affectum. Et ideo secundum quod diversimode intellectus et affectus colentis deum deo recte coniunguntur, secundum hoc diversimode exteriores actus hominis ad cultum dei applicantur. In statu enim future beatitudinis intellectus humanus ipsam divinam veritatem in se ipsa intuebitur, et ideo exterior cultus non consistit in aliqua figura, sed solum in laude dei, que procedit ex interiori cognitione et affectione, secundum illud Isaie li: Gaudium et letitia invenietur in ea, gratiarum actio et vox laudis. In statu autem presentis vite non possumus divinam veritatem in seipsa intueri, sed oportet quod radius divine veritatis nobis illucescat sub aliquibus sensibilibus figuris, sicut dicit Dionysius primo c. cel. hier. Diversimode tamen secundum diversum statum cognitionis humane. In veteri enim lege neque ipsa divina veritas in se ipsa manifestata erat, neque etiam adhuc propalata erat via ad hoc perveniendi, ut apostolus dicit ad Hebr. ix. Et ideo oportebat exteriorem cultum veteris legis non solum esse figurativum future veritatis manifestande in patria, sed etiam esse figurativum Christi, qui est via ducens ad illam patrie veritatem. Sed in statu nove legis hec via iam est revelata. Unde hanc non oportet prefigurari sicut futuram, sed oportet commemorari per modum preteriti vel presentis. Sed solum oportet prefigurari futuram veritatem glorie nondum revelatam. Et hoc est quod apostolus dicit ad Hebr. x: Umbram habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Umbra enim minus est quam imago, tamquam imago pertineat ad novam legem, umbra vero ad veterem. Ad primum ergo dicendum quod divina non sunt revelanda hominibus nisi secundum eorum capacitatem, alioquin daretur eis precipitii materia dum contemnerent que capere non possent. Et ideo utilius fuit ut sub quodam figurarum velamine divina mysteria rudi populo traderentur, ut sic saltem ea implicite cognoscerent dum illis figuris deservirent ad honorem dei. Ad secundum dicendum quod sicut poetica non capiuntur a ratione humana propter defectum veritatis qui est in eis, ita etiam ratio humana perfecte capere non potest divina propter excedentem ipsorum veritatem. Et ideo utrobique opus est representatione per sensibiles figuras. Ad tertium dicendum quod Augustinus ibi loquitur de cultu interiori ad quem ordinari oportet exteriorem cultum, ut dictum est. Et similiter dicendum ad quartum, quia per Christum homines plenius ad spiritualem dei cultum sunt introducti.

Sed revelata

Ad 3 sic proceditur. videtur quod non
debuit esse cerimonia multa
ea enim que sunt ad finem debent
esse fini proporcionata / sed pre
cepta cerimonialia sicut dictum
est ordinantur ad cultum
dei et in figuram dei et xpi
Est autem unus deus a quo
omnia et unus dominus ihesus
xpus per quem omnia ut dicitur
i ad Corinth viii ergo
cerimonialia non debuerunt
multiplicari. Item multitudo pre
ceptorum cerimonialium trans
gressionis erat occasio Secundum
id quod dicit petrus actuum
xv Quid temptatis tollere
iugum super ceruices discipulorum
quod neque nos neque patres
nostri portare potuimus Ergo
transgressio cerimoniarum precepto
rum contrariatur diuine saluti
sed nobis omnis lex debet sa
luti conuenire hominum ut
ysidorus dicit. Videtur quod non
debuerunt multa cerimonia
precepta dari. Item cerimonia
pertinebant ad cultum dei ex
teriorem et corporalem ut dic
tum est. Sed huiusmodi cultum
exteriorem lex debebat dimi
nuere quia ordinabat ad xpm
qui docuit legem homines
deum colere in spiritu et veritate
ut dicitur Joh iiii. ergo debu
erunt multa precepta cerimo
nialia dari. Sed contra est quod
dicitur Osee viii Scribam
eis multiplices leges meas

Et Job xi dicitur ut ostenderet tibi secreta
sapientie quod multiplex sit lex eius. Respon
deo dicendum quod sicut supra dictum est quod omnis
lex alicui populo datur. In populo autem
duo genera hominum continentur quidam
proni ad malum qui sunt per pre
cepta legis coercendi ut supra
dictum est. quidam habentes inclinationem
ad bonum vel ex natura vel
ex consuetudine vel magis ex gratia
et tales sunt per legis preceptum
instruendi et in melius promoven
di. Quantum igitur ad utrumque genus
hominum expediebat precepta cerimo
nialia in veteri lege multiplicari
Erant enim in illo populo ad ydola
triam proni / et ideo necesse erat
ut ab ydolatrie cultu per precepta
cerimonialia reuocarentur ad cul
tum dei. Et quia multipliciter homines
ydolatrie deseruiebant oportebat
e contrario multa institui ad singula
reprimenda et iterum multa talibus
imponi ut quasi honorati ex
hiis que ad cultum dei impen
derent non vacarent ydolatrie
deseruire. Ex parte vero eorum
qui erant prompti ad bonum
etiam necessaria fuit multiplicatio
cerimonialium propter duo / Tum quia
per hec diuersimode mens eorum
referebatur in deum et magis
assidue / Tum etiam quia misterium
xpi quod per huiusmodi cerimonialia figura
batur multiplices utilitates
attulit mundo / et multa circa
ipsum consideranda erant
que oportuit per diuersa cerimo
nialia figurari. Ad primum
ergo dicendum quod quando id quod ordinatur
ad finem est sufficiens ad ducendum

in fine tunc sufficit unum ad
unum finem. Sicut una me-
dicina si sit efficax sufficit
contra ad sanitatem inducen-
dam / et tunc non oportet multipli-
cari medicinas. Sed propter de-
bilitatem et imperfectionem eorum
quod est ad finem / oportet ea multi-
plicari sicut multa remedia adhi-
bentur infirmo quia unum non
sufficit ad sanandum cerimonie
autem veteris legis invalide
et imperfecte erant / et ad reputandum
~~[illegible]~~ Christi iustitiam
que est super omnes tolleret / et
ad promulgandum meritum hominum
deo. Unde Apostolus dicit ad Hebreos
vii. Reprobatio fit prioris mandati
propter infirmitatem et inutili-
tatem nichil enim ad perfectum addu-
xit lex. Et ideo oportuit has
cerimonias multiplicari. Ad
2m dicendum quod sapientis legis la-
toris ~~minores~~ transgressiones
permittere ut maiores caveantur.
Et ideo ut caveretur transgres-
sio ydolatrie / et superbie que
in iudeorum cordibus nascere-
tur / si omnia precepta legis
implerent / et ideo non propter hoc
permisit deus multa cerimo-
nialia precepta tradere / quia
de facili sinebat eos non
transgredi eorum / Ad 3m dicendum
quod vetus lex in multis dimi-
nuit corporalem cultum propter
quod statuit / quod non in omni
loco sacrificia offerentur

nec per quoslibet et multa
huiusmodi statuit ad diminutionem
exterioris cultus. Unde etiam
rabi moyses egipcius dicit attenuare
quod deus tamen non ita atte-
nuavit corporalem cultum dei ut
reverteret ad cultum demonum
declinarent /

Ad 4m sic proceditur videtur quod
cerimonie veteris le-
gis inconvenienter dividantur
in sacrificia sacra sacramenta / et
observantias cerimonie enim ve-
teris legis figurabant / sed hoc Christum
solum fiebat per sacrificia
per que figurabatur sacrificium
quo Christus se obtulit obla-
tionem et hostiam deo. Ut
dicitur ad ephesios v. / ergo sola
sacrificia erant cerimonie.
Preterea lex vetus ordinabatur
ad novam. Sed in nova lege
sacrificium est ipsum sacramentum
altaris / ergo in veteri lege non
debuit distingui sacramenta a
sacrificiis / Preterea sacrum di-
citur quod est deo dicatum / sic quod
modo tabernacula et vasa
eius sanctificari dicebantur.
Sed omnia cerimonialia erant
ordinata ad cultum dei ut
dictum est / ergo omnia cerimonialia
erant sacra neque una
pars cerimonialium debet sacra
nominari / Preterea observantie
ab observando dicuntur. Sed omnia
legis precepta observari de-
bebant. Dicitur in Deuteronomi
vi°. Observa et cave ne

oblivisceris domini dei tui et
negligas mandata eius
atque iudicia / et cirimonias
ut ergo observantie debitum
poni vna post cirimonialia
¶ Item sollempnitates inter
cirimonias computantur ut sit
in numeri sexti ut patet ad
Collo. in textu et obla
tiones et munera ut patet per
capitulum ad hebreos ix / que
tamen sub nullo horum continentur
Videtur ergo inconveniens esse predicta
distinctio cirimonialium
¶ Sed contra est quod in veteri le
ge singula predicta cirimonie
vocantur sacrificia enim dicuntur
cirimonie numeri xv / Offerat
vitulum et sacrificia eius
ad libamenta ut cirimonie
eius postulant / De sacramento
autem ordinis dicitur levitici viii
Hec est unctio aaron et
filiorum eius in cirimoniis De
vasis autem dicitur exodi xxxviii
Hec sunt instrumenta tabernaculi
testimonii et in cirimoniis levi
tarum / De observantiis autem
dicitur iii regum ix Si aversi
fueritis non sequentes me nec
observantes cirimonias quas
proposui vobis ¶ Respondeo dicendum
quod sicut dictum est precepta cirimonialia
ordinantur ad cultum dei
in quo quidem cultu considera
ri potest et ipse cultus et co
lentes / et instrumenta colendi
Specialiter autem cultus specialiter con
sistit in sacrificiis que in
dei reverentiam offeruntur

Instrumenta autem colendi pertinent
ad sacra ut est tabernaculum
et vasa alia huiusmodi Ex parte
autem colentium duo possunt conside
rari scilicet et eorum institutio ad cul
tum dei quod fit per quandam
consecrationem vel populi / vel ministrorum
et ad hoc pertinent sacramenta / et iterum
eorum singularis conversatio per
quam distinguuntur ab hiis
qui deum non colunt / et ad hoc
pertinent observantie puta in
cibis in vestibus et aliis huiusmodi
¶ Ad primum ergo dicendum quod sacrificia
offerri oportebat et in aliquo
loco et per aliquos homines
et totum hoc ad cultum dei
pertinet Unde sicut per sacrificia
significatur christus immolatus ita etiam
per sacramenta et sacra illorum significa
bantur sacramenta et sacra legis nove
et per eorum observantias signi
ficabatur conversatio populi nove legis
que omnia ad christum pertinent
¶ Ad secundum dicendum quod sacrificium
nove legis id est eucharistia continet
ipsum christum qui est sanctificationis
actor sanctificavit enim per suum
sanguinem populum ut dicitur ad
hebreos ultimo Et ideo hoc sacri
ficium est etiam sacramentum Sed sacri
ficia veteris legis non continebant
christum sed ipsum figurabant
Et ideo non dicuntur sacramenta
Sed ad hoc designandum seorsum
erant quedam sacramenta in veteri
lege / que erant figure future
consecrationis / quamvis etiam quibus
dam consecrationibus quedam
sacrificia adiungerentur ¶

Ad 3 dicendum quod etiam sacrificia et sacramenta erant quedam erant sacra ut puta ad cultum dei dicata vel tamen erant sacramenta vel sacrificia et ideo retinebat sibi que nomen sacrorum etc. Secundo dicendum quod ea que pertinebant ad conversationem populi colentis deum retinebat sibi que nomen observantiarum inquantum a communi deficiebant Non enim dicebantur sacra quia non habebant immediatum respectum ad cultum dei sicut tabernaculum et vasa eius Sed per quandam congruentiam erant cerimonialia inquantum pertinebant ad quandam ydoneitatem populi colentis deum etc. Tertio dicendum quod sicut sacrificia offerebantur in determinato loco ita etiam offerebantur in determinatis temporibus unde etiam et sollempnitates inter sacra computari videntur oblationes autem et munera computantur cum sacrificiis quia deo offerebantur unde apostolus dicit ad Hebreos 5o Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in hiis que sunt ad deum ut offerat dona et sacrificia

Deinde considerandum est de causis cerimonialium preceptorum Et circa hoc queruntur sex Primo utrum precepta cerimonialia habeant causam Secundo utrum habeant causam literalem vel solum figuralem Tertio de causis sacrificiorum Quarto de causis sacramentorum Quinto de causis sacrorum Sexto de causis observantiarum Ad primum sic videtur quod non sit precepta

Precepta cerimonialia non habent causam Quia super illud Ephesios 2 In legem mandatorum decretis evacuans dicit glossa id est evacuans legem veterem quantum ad carnales observantias decretis id est preceptis evangelicis que ex ratione sunt Sed si observantie veteris legis ex ratione erant frustra evacuarentur per rationabilia decreta nove legis ergo cerimoniales observantie veteris legis non habebant aliquam rationem etc. Preterea vetus lex successit legi nature Sed in lege nature fuit aliquod preceptum quod nullam rationem habebat nisi ut hominis obediencia probaretur sicut Augustinus dicit 8 super Genesim ad literam de prohibitione ligni vite ergo etiam in veteri lege aliqua precepta danda erant in quibus hominis obediencia probaretur que de se nullam rationem haberent Preterea opera hominis dicuntur moralia secundum quod sunt a ratione Si igitur cerimonialium preceptorum sit aliqua ratio non different a moralibus preceptis Videtur ergo quod cerimonialia precepta non habent aliquam causam Ratio enim precepti ex aliqua causa sumitur Sed contra est quod dicitur in psalmo preceptum domini lucidum

illuminans oculos. Secundo cerimonialia precepta sunt dei ergo sunt iusta. Et non essent nisi haberent rationabilem causam. Ergo precepta cerimonialia habent rationabilem causam.

Respondeo dicendum quod cum sapientis sit ordinare secundum philosophum in primo methaphysice, ea que ex divina sapientia procedunt oportet esse ordinata, ut dicit apostolus Ro. xiii. Ad hoc autem quod aliqua ordinata sint duo requiruntur. Primo quidem quod aliqua ordinentur ad debitum finem, qui est principium totius ordinis in rebus agendis. Ea enim que casu eveniunt preter intentionem finis vel que non serio fiunt sed ludo dicimus esse inordinata. Alio oportet quod illud quod est ad finem sit proportionatum fini. Et ex hoc sequitur quod ratio eorum que sunt ad finem accipitur secundum sicut ratio dispositionis serre sumitur ex sectione que est finis eius, ut dicitur in ii phisicorum. Manifestum autem est quod precepta cerimonialia sicut et alia precepta legis sunt ex divina sapientia instituta. Unde dicitur Deut. iiii: Hec est sapientia vestra et intellectus coram populis. Unde necesse est dicere quod precepta cerimonialia sint ordinata ad aliquem finem ex quo eorum cause rationabiles assignari possunt.

Ad primum ergo dicendum quod observantie veteris legis possunt dici sine ratione quantum ad hoc quod ipsa facta in sui natura rationem non habebant. Puta quod vestis non conficeretur ex lana et lino. Poterat tamen habere rationem ex ordine ad aliquid aliud, sive ut aliquid per hoc figurabatur vel aliquid excludebatur. Sed precepta nove legis que principaliter consistunt in fide et dilectione dei ex ipsa natura actus rationabilia sunt.

Ad secundum dicendum quod prohibitio ligni scientie boni et mali non fuit propter hoc quod illud lignum esset naturaliter malum. Sed tamen ipsa prohibitio habuit aliquam rationem ex ordine ad aliquid aliud, in quantum scilicet per hoc aliquid figurabatur. Et sic etiam cerimonialia precepta veteris legis habent rationem in ordine ad aliud.

Ad tertium dicendum quod precepta moralia secundum suam rationem habent rationabiles causas, sicut non occides, non furtum facies. Sed precepta cerimonialia habent rationabiles causas ex ordine ad aliud, ut dictum est.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod precepta cerimonialia non habeant causam litteralem sed figuralem tantum. Inter precepta enim cerimonialia precipue erant circumcisio et immolatio agni paschalis. Sed utrumque istorum non habebat nisi figuralem causam, quia utrumque istorum

dictum est in signum. dicitur Gen. xvii. Circumcidetis carnem preputii vestri ut sit in signum federis inter me et vos. Et de celebratione phase dicitur Exo. xiii. Erit quasi signum in manu tua et quasi monumentum ante oculos tuos. Ergo multo magis alia cerimonialia non habent nisi causam figuralem. Preterea effectus proportionatur sue cause. Sed omnia cerimonialia sunt figuralia ut dictum est. Ergo non habent nisi causam figuralem. Preterea id quod est de se indifferens utrum sic vel non sic fiat non videtur habere aliquam causam litteralem. Sed quedam sunt in preceptis cerimonialibus que non videntur differre utrum sic vel non sic fiant sicut est de numero animalium offerendorum. Et aliis huiusmodi particularibus circumstantiis. Ergo precepta veteris legis non habent rationem litteralem. Sed contra est quia sicut precepta cerimonialia figurabant Christum ita etiam et hystorie veteris testamenti. dicitur i. ad Corinth. x. quod omnia in figura contingebant illis. Sed in hystoriis veteris testamenti preter intellectum misticum seu figuralem est etiam intellectus litteralis. Ergo etiam precepta cerimonialia preter causas figurales habebant etiam causas litterales. Respondeo dicendum quod sicut dictum est ratio eorum que sunt ad finem oportet quod a fine sumatur. Finis enim preceptorum cerimonialium duplex est. ordinabantur enim ad cultum dei pro tempore illo et ad figurandum Christum. Sicut et verba prophetarum sic respiciebant presens tempus quod etiam in figura futuri dicebantur. ut Jeronimus dicit super Osee. Sic igitur rationes preceptorum cerimonialium veteris legis dupliciter accipi possunt. Uno modo ex ratione cultus divini qui erat pro tempore illo observandus. et rationes iste sunt litterales sive pertineant ad vitandum cultum ydolatrie sive ad rememorandum aliqua dei beneficia sive ad insinuandum excellentiam divinam. Vel etiam ad designandum mentis dispositionem que tunc requirebatur in colentibus deum. Alio modo possunt rationes eorum assignari secundum quod ordinantur ad Christum figurandum. et sic habent rationes figurales et misticas sive accipiantur ex ipso Christo et ecclesia quod pertinet ad allegoriam sive ad mores populi christiani quod pertinet ad moralitatem sive ad statum future glorie prout in eam introducimur per Christum

pertinet ad anagogiam. Ad 3m dicendum quod sicut intellectus litteralis in scriptura est litteralis quia verba ad hoc proferuntur ut hoc significent, ita etiam figurationes cerimoniarum legis que sunt commemorative beneficiorum dei propter que instituta sunt vel aliorum huiusmodi que ad illum statum pertinebat non excedunt ordinem litteralium causarum. Unde quod assignetur causa celebrationis phase quia est signum liberationis ex egypto, et quod circumcisio sit signum pacti quod deus habuit cum abraham pertinet ad causam litteralem. Ad 4m dicendum quod ratio illa procederet si cerimonialia precepta essent data ad figurandum futurum, non autem ad presentialiter deum colendum. Ad 5m dicendum quod sicut in legibus humanis dictum est quod in universali habent rationem, non autem quantum ad particulares conditiones, sed hec sunt ex arbitrio instituentium, ita etiam multe particulares determinationes in cerimoniis veteris legis non habent aliquam causam litteralem sed solum figuralem, in communi etiam habent causam litteralem.

Ad 3m sic proceditur. Videtur quod non possit conveniens ratio cerimoniarum assignari que ad sacrificia pertinent. Ea enim que in sacrificium offerebantur sunt illa que sunt necessaria ad sustentandum humanam vitam sicut animalia quedam et panes quidam. Sed tali sustentatione deus non indiget, secundum illud psalmi: Numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo. Ergo inconvenienter huiusmodi sacrificia deo offerebantur. Preterea in sacrificium divinum non offerebantur nisi de tribus generibus animalium quadrupedum, scilicet de genere boum ovium et caprarum, et de avibus communiter quidem turtur et columba. Specialiter autem in emundationibus leprosi fiebat sacrificium de passeribus. Multa autem alia animalia sunt hiis nobiliora. Cum igitur omne quod est optimum deo sit exhibendum, videtur quod non solum de istis rebus fuerint deo sacrificia offerenda. Preterea sicut homo a deo habet dominium volatilium et bestiarum, ita et piscium. Inconvenienter igitur pisces a divino sacrificio excludebantur. Preterea indifferenter offerri mandantur turtures et columbe. Sicut igitur mandatur offerri pulli columbarum, ita etiam pulli turturum. Preterea deus est auctor vite non solum hominum sed etiam animalium, ut patet per illud Genesis primo. Mors autem opponitur vite. Non ergo debuerunt offerri deo animalia occisa, sed magis animalia viventia, precipue quia etiam apostolus monet Romanorum 12: ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam deo placentem. Preterea si animalia deo in sacrificium non offerebantur nisi occisa, nulla videtur esse differentia qualiter occidantur.

occidantur in memoriam ergo debite
mortis ymolacionis proprie
in animabus ut patet levitici primo
¶ Per omnes defectus animalis in-
est ad corrupcionem et mortem
Et ideo animalia corrupta deo offe-
rebantur. Unde cum fuit prohibita
oblacio animalis infecti pu-
ta claudi / vel ceci aut ali-
cuius macule ¶ Per illi qui offerunt
hostias deo debent de illis par-
ticipare Unde apostolus ad co-
rinthios x° Nonne qui edunt ho-
stias participes sunt altaris
Impinguntur primo quedam partes
hostiarum cunctis subtrahebantur
scilicet sanguis et adeps et pectus-
culum et armus dexter ¶ Per sed
holocausta offerebantur in ho-
nore dei / Contra est de hostie
pacifice et hostie pro peccato ¶ Sed
nullum animal feminini sexus offe-
rebatur deo in holocausto
fiebant in holocausta tam
de quadrupedibus quam de avi-
bus ergo in neutris in hostiis
pacificis et pro peccato offerebantur
animalia feminini sexus / et tamen in
hostiis pacificis non offerebantur
aves ¶ Per omnes bestie pa-
cifice primo debent esse inte-
gre Uno ergo debent poni
ista duo quia quorundam
pacificorum carnes non possent
vesci in crastino quod tamen
autem possent nisi mundarentur
levitici vii° ¶ Per omnia pec-
cata in hoc quod sunt quia
a deo avertunt ergo pro omnibus
peccatis una reconciliacio

unum genus sacrificii debuit
offerri ¶ Per omnia animalia que
offerebantur in sacrificium
unico offerebantur scilicet occisa
non videtur ergo conveniens
quia de tribus sequentibus dicitur
(Dicit)ur fiebat oblacio / unde
aliud offerebantur spice / unde
simila / unde panis quidem
quandoque coctus in clibano / quidem
in sartagine / quidem in crati-
cula ¶ Per omnia que in usum
nostrum veniunt a deo re-
cognoscere debemus primo inquire-
batur animalia solum hec deo offe-
rebantur panis unum vinum
thus et sal ¶ Per sacrificia
corporalia exprimunt interius sacri-
ficium cordis quo homo spiritum
suum offert deo / Sed interiori sa-
crificio plus est de dulce-
dine qua reputatur mel
et mordacitate quam reputatur sal
ergo Exodi xxxiiii Si prius mel
sit mel dulce quod inquiri
prohibebantur in sacrificio ap-
poni mel et fermentum quod
autem facit panem sapidum
et precipiebatur ibi apponi
sal quod est mordicativum
et thus quod habet saporem
amarum Videtur ergo quod ea
que pertinent ad interiora
magis sacrificiorum non habe-
bant convenientem causam
¶ Sed contra est quod dicitur levitici
i° Oblata omnia adole-
bit sacerdos super alta-
re in holocaustum et odo-
rem suavissimum domino Et
sicut dicitur Ephesios v. Tradi-
dit (?)

diligit deus nisi qui cum
sapientia inhabitat Ex quo
potest accipi quod quicquid est deo
acceptum est in sapientia ergo etc.
timorem sacrificiorum cum
sapientia erant red... quibus
coniungebantur Et hec videntur
quod predicti ... cerimonie
veteris legis duplicem
causam habebant Primam scilicet
litteralem secundum quod ordinabantur
ad cultum dei Aliam vero
figuralem sive misticam
secundum quod ordinabantur ad figu-
randum christum Et ex utraque
parte potest convenienter assignari
causa cerimoniarum que ad
sacrificia pertinebant Primum
enim quod sacrificia ordinabantur
ad cultum dei causa sacrifi-
ciorum duplex accipi potest Uno modo
secundum quod per sacrificia representa-
batur ordinatio mentis
in deum ad quam excitabatur
ipse qui sacrificium offerebat
Ad rectam autem ordinationem
mentis in deum pertinet quod
omnia que homo habet recognoscat
a deo tamquam a primo principio
et ordinet in deum tamquam
in ultimum finem et hec represen-
tatur in sacrificiis et ob-
lationibus secundum quod homo de rebus
suis quasi in recognitionem quod ha-
bet ea a deo in honorem
dei ea offerebat Unde et
dixit David I paralipomenon
xxix tua sunt omnia et que
de manu tua accepimus de-
dimus tibi Et ideo in oblatione
sacrificiorum protestabatur
homo quod deus esset primum

principium creationis rerum et ultimus
finis ad quem essent omnia referenda
Et quia pertinet ad rectam ordina-
tionem mentis in deum ut mens
humana non recognoscat aliud
primum auctorem rerum nisi solum
deum neque in aliquo alio
finem suum constituat Propter hoc
prohibebatur offerre sacrificium
alicui alii nisi deo Secundum
illud Exodi xxii Qui immo-
lat diis occidetur preter domino
soli Et ideo alia ratione
ista sacrificia potest assignari ratio
Alio modo hoc quod per hoc homines
retrahebantur a sacrificiis ydolorum
Unde et precepta de sacrificiis
non fuerunt data populo iudeorum
nisi postquam declinavit ad
ydolatriam adorando vitulum
conflatilem quasi huiusmodi sacrificia
sint instituta ut populus ad sacri-
ficandum promptus huiusmodi sacrifi-
cia magis deo quam ydolis offerret
Unde dicitur Ieremie vii Non solum
locutus sum patribus vestris et non
precepi eis in die qua eduxi
eos de terra Egipti de verbo
holocaustomatum et victimarum Inter
omnia autem dona que deus
humano generi iam per peccatum
lapso dedit precipuum est
quod dedit filium suum Unde dicitur
Iohannis iii Sic deus dilexit
mundum ut filium suum uni-
genitum daret ut omnis qui
credit in ipsum non pereat
sed habeat vitam eternam Et ideo
potissimum sacrificium est quo
ipse christus semetipsum obtulit
deo in odorem suavitatis Et dicitur

Ephe v° Et ipse hec omnia
alia sacrificia offerebantur
in veteri lege / ut hec omnia sin
gularit et proprie sacrificium
signarent tamquam perfectum per
impfectum Unde apostolus ad hebre
os x° Et sacerdos veteris legis
cotidie sepe offerebat hostias
que numquam possunt auferre
peccata Cristus aut una pro
peccatis obtulit in sempiternum
Et quia ex figurato finitur
id sic ea omnes sacrificiorum
figura hinc veteris legis sunt
finita Et ideo sacrificio ceperunt
¶ Ad secundum ergo dicendum est deus
non volebat huiusmodi sacrificia
sibi offerri propter ipsas res
que offerebantur cum eis in-
digeret unde dicit ysa° p° ho
locausta arietum et adipem
pinguium / et sanguinem vitu
lorum / et hyrcorum / et agnorum
nolui Sed volebat ea
offerri sibi / sicud predictum
est / tum ad excludendum
ydolatriam / tum ad signan
ficandum debitum ordine
mentis humane in deum
/ tum etiam ad figurandum
misterium redemptoris humane
facte per cristum ¶ Et ideo
ex omnium ad omnia predicta
convenientissime ~~sunt~~ ista
animalia offerebantur deo
in sacrificium / et non quevis
alia Primo quidem ad ex
cludendum ydolatriam
quia omnia alia animalia

offerebant ydolatre diis suis
vel eis ad maleficia utebantur
Ista aut animalia apud
egiptios in quibus conversati
erant abhominabilia erat
ad occidendum / unde ea non offe
bant in sacrificium diis suis
unde dicitur exodo viii° abhomina
tiones egiptiorum ymmola
bimus deo nostro Oves
enim colebant hyrcos ve
nerabantur quia in eorum
figura demones apparebant
boves autem utebantur
ad agriculturam quam inter res
sacras habebant Secundo hoc
conveniens erat ad predictam
ordinationem mentis in deum
et hoc dupliciter Primo quidem
quia huiusmodi animalia maxime
sunt per que sustentatur
humana vita / et quod hoc
mundissima sunt et mundissim
habent nutrimentum Cetera vero
animalia vel sunt silvestria
et non sunt communiter hominum
usui deputata / vel si sunt
domestica immunda habent nu
trimentum ut porcus et gal
lina Solum aut id quod
est purum deo attribuendum
est Huiusmodi aut aves specialiter
offerebantur quia habebantur in
copia in terra promissionis Secundo
quia per ymmolationem huiusmodi
animalium puritas mentis
designatur Quia ut dicitur
in glo levitici primo Vitulum
afferimus cum carnis super
biam vincimus / agnum cum
irrationabiles motus corrigimus

Eodem lesrinud supanus
Et intime dum castitate
similiter panes azimos
tum in azimis sumant
epulantur. In columba vero
innuitur quod sequitur castis
et simplicitatis mentis. Ita
ro congruens fuit hec animalia
offerri in signum christi. Et
ut in eadem glo dicitur Christus
in vitulo offertur propter
virtutem crucis. In agno propter
innocentiam. In ariete propter
principatum. In hirco propter
similitudinem carnis peccati. In
turture et columba dua
rum naturarum coniunctio monstrabatur
Vel in turture castitas
in columba caritas figuratur
In similagine conspersionem
credentium aqua baptismi
figurabat. Ad 3 dicendum quod
pisces quia in aquis vivunt
magis sunt alieni ab homine
quam alia animalia que vivunt
in aere/ sed et hoc et iterum
pisces ex aqua extracti
statim moriuntur. Unde non
poterant in templo offer
ri sicut alia animalia. Ad
4 dicendum quod in turturibus
meliores sunt maiores quam
pulli. In columbis autem
contra. Et ideo ut Rabbi Moi
ses dicit mandantur offerri
turtures et pulli colum
barum quia et omne quod est
optimum deo est attribuen
dum. Ad 5 dicendum quod ani
malia in sacrificium oblata
occidebantur/ quia veniunt
ad usum hominis occisa

sunt quod a deo datur homini ad
esum/ et ideo igne cremabantur
quia per ignem decocta sunt
apta humano usui. Et similiter
per occisionem animalium significatur
destructio peccatorum. Et quod homines
erant digni occisione pro
peccatis suis ac si illa animalia
loco eorum occiderentur ad
significandum expiationem peccatorum
per occisionem autem huiusmodi animalium
consignabatur Christi occisio. Ad
6 dicendum quod specialis modus occidendi
animalia immolata determina
bantur in lege ad excludendum
alios modos quibus ydola
tre animalia ydolis immola
bant. Vel etiam ut Rabbi
Moyses dicit lex elegit genus
occisionis quo animalia minus
affligebantur occisa per quod
excludebatur et offe
rentium/ et deterioratio animalium
occisorum. Ad 7 dicendum quod
animalia maculosa solebant
contemptui esse apud homines contemptui
Et ideo prohibitum est ne deo in
sacrificium offerrentur propter quod
etiam prohibitum erat ne mercedem
prostibuli aut pretium canis
in domum dei offerrent. Et etiam eadem
ratione non offerebant animalia
ante 7 diem quia talia animalia
erant quasi abhominabilia non
dum complete consistentia propter
teneritudinem. Ad 8 dicendum
quod triplex erat sacrificiorum
genus. Quoddam erat quod totum
comburebatur. Et hoc dicebatur
holocaustum quasi totum incensum
huiusmodi enim sacrificium offerebatur

deo spale ad recognicionem ipsius
magestatis / et amore bonitatis
eius / et querebat statim
perfectionis / Impletur eciam con
fusionem et ideo totum comburebatur
ut sicut totum erat resolutum
in vaporem sursum ascendebat
/ ita eciam figuraretur totum hominem
et alia que ipsius sunt dei
subiecta quando esse subiecta et esse offeren
da celerius aut aut satisfaciond
peccato peccato / quod offerebatur deo et
in remissionem peccati
et querebat statim penitentie
satisfactione tum in satisfactione peccatorum / quod
dividebatur in duas partes / Nam
una pars eius comburebatur
altera vero cedebat in usum
sacerdotum ~~ut quod offerebatur~~
~~satisfaccio pro peccato~~ ad significandum
quod expiacio peccati fit
a deo per ministerium sacerdotum / ut
quod offerebatur sacrificium pro peccato
totius populi vel specialiter pro peccato
sacerdotis / tunc eciam totum combu
rebatur / nec eciam cedebat in
usum sacerdotum venie ea que
pro eorum offerebantur / ut nichil
peccati eorum in eis remaneret
/ et quia hoc non esset satisfacio
pro peccato / si cederet in usum
eorum pro quorum peccatis offerebantur
idem esse videtur ac si non offer
ret / Tertium vero sacrificium
vocabatur hostia pacifica
que offerebatur deo vel pro
graciarum accione / vel pro salute
vel prosperitate offerentium / vel
debito beneficii accepti vel
accipiendi / et comedit

statim perficeretur impleretur
mandatorum et ista dividebatur
in tres partes / Nam una pars
incendebatur ad honorem dei
altera pars cedebat in usum
sacerdotum / Tercia vero pars
in usum offerentium ad signi
ficandum quod salus hominis
procedit a deo dirigentibus
ministris ministerio dei / et co
operantibus ipsis hominibus
qui salvantur / Hoc autem
generaliter abstinebatur quod sanguis
et adeps non veniebant
neque in usum sacerdotum neque
in usum offerentium / Sed san
guis effundebatur ad crepi
dinem altaris in honorem
dei / adeps autem urebatur
in igne / Cuius ratio una quidem
fuit ad excludendum ydola
triam ydolatre enim ~~bibebant~~ libabat
de sanguine victimarum / et co
medebant adipes / unde
Deuteronomio xxxii De quorum
victimis comedebant adipes
et bibebant vinum libaminis
Alia vero est ad informacionem
humane vite prohibebatur enim
eis usus sanguinis ad hoc
ut horrerent humani sangui
nis effusionem / unde Genesis ix
Carnem cum sanguine
non comedetis / Sanguinem enim
animarum vestrarum requiram / Esus
vero adipum prohibebatur eis
ad vitandum lasciviam / Unde
Ezechielis xxxiiii Quod
crassum erat comedebatis
Tercia ratio est propter reverentiam

dei uo quia sanguis est maxime nutritiuus ad vitam ueniens cum anima dicitur esse in sanguine Adeps autem habundanciam nutrimenti demonstrat Et ideo ut ostenderetur quod a deo nobis est et uita / et omnis bonorum sufficiencia ad honorem dei effundebatur sanguis et adurebatur adeps Tercia racio est quia per hoc significabatur effusio sanguinis xpi et pinguedo caritatis eius per quam se obtulit deo pro nobis De hostiis autem pacificis in usum sacerdotis cedebat pectusculum et armus dexter ad excludendum quandam diuinationis speciem que vocatur spatulamancia quia scilicet in spatulis animalium immolatorum diuinabant et sibi inesse peccatores / et ideo ista offerentibus subtrahebantur Per hoc etiam significabatur quod sacerdoti erat necessaria sapientia cordis ad instruendum populum quod significabatur per pectus quod est tegimentum cordis / et etiam fortitudo ad sustentationem defectuum que significabatur per armum dextrum Ad xv dicendum quod holocaustum erat perfectissimum inter sacrificia ideo non offerebatur in holocaustum nisi masculus Nam femina imperfectum animal est Oblatio autem turturum et columbarum erat propter pauperes offerendum / qui maiora animalia offerre non poterant Et quia hostie pacifice gratis offerebantur / et nullus eas offerre cogebatur nisi spontanee / Ideo huiusmodi aues non offerebantur inter hostias pacificas / sed inter holocausta et hostias pro peccato quas quandoque oportebat offerre Aues autem huiusmodi propter altitudinem volatus conueniunt perfectioni holocaustorum et in hostiis pro peccato / quia habent gemitum pro cantu Ad xvi dicendum quod inter omnia sacrificia holocaustum erat precipuum Quia totum comburebatur in honorem dei / et nihil ex eo comedebatur Secundum uero locum in sanctitate tenebat hostia pro peccato que comedebatur solum in atrio a sacerdotibus et in ipsa die sacrificii Tercium uero gradum tenebant hostie pacifice pro gratiarum actione que comedebantur ipsa die / sed ubique in Ierusalem Quartum uero locum tenebant hostie pacifice ex voto quarum carnes poterant etiam in crastino comedi Et est ratio huius ordinis Quia maxime homo obligatur deo propter eius maiestatem Secundo propter offensam commissam Tercio propter beneficia iam suscepta Quarto propter beneficia sperata Ad xvii dicendum quod peccata aggrauantur ex statu peccantis ut supra dictum est Et ideo alia hostia mandatur offerri pro peccato sacerdotis et principis et alterius priuate persone Est autem ~~[illegible]~~ attendendum ut Rabi moyses dicit

Et quanto grauius erat peccatum tanto valor species animalis offerebatur pro eo unde capra quod est vilissimum animal est offerebatur pro ydolatria quod est grauissimum peccatum pro igno rancia vero sacerdotis offerebatur vitulus pro negligencia vero principis ircus Leuit. iiii. Item hec in sacrificijs pri dominus voluit paupertatem offeren cium ut qui non posset edum aut quadrupedes saltem offerret auem et qui hec non posset saltem offerebat farinam ut patet. Causa vero figuralis est quia panis significat Christum qui est panis viuus ut dicitur Joh. vi. Iste quidem erat primo in spica per statum legis nature in fide patrum. Erat autem sicut simila in doctrina legis et prophetarum. Erat autem primo panis formatus per humanitatem assumptam coctus igne id est formatus primo secundo in clibano ventris virginalis qui est sicut ~~[illegible]~~ coctus in in sartagine per labores quos in mundo sustinuit. In cruce vero quasi in craticula adustus. Leuit. xiiii. dicitur ea que in usum hominis veniunt de terra nascentibus uel sunt in ciborum et de hijs offerebatur panis uel sunt in potum et de hijs offerebatur vinum uel sunt in condimentum et de hijs oleum et sal uel sunt in medicamentum et de hijs offerebatur thus quod est aromaticum et consolidatiuum.

Per panem significatur caro Christi per vinum vero sanguis eius per quem redempti sumus. Oleum significat graciam Christi. Sal scienciam. Thus oracionem. Leuit. ii. dicitur. Item mel non offerebatur in sacrificijs dei. Tum quia consueuit offerri in sacrificijs ydolorum. Tum quod ad excludendum omnem dulcedinem carnalem et voluptatem ab hijs qui deo sacrificare intendunt. Fermentum vero non offerebatur ad excludendum corruptionem et forte etiam in sacrificijs ydolorum solitum erat offerri. Sal autem offerebatur quia impedit corruptionem putredinis. Sacrificium autem dei debet esse incorruptum. Item quia per salem significatur discrecio sapiencie uel etiam mortificatio carnis. Thus autem offerebatur ad designandum deuocionem mentis que est necessaria offerentibus et etiam ad significandum odorem bone fame. Nam thus etiam pingue est et odoriferum et quia sacrificium zelotipie non procedebat ex deuocione sed magis ex suspicione ideo in eo non offerebatur thus.

Ad .6. sc. partem vtrum cerimoniarum veteris legis que ad sacra pertinent sufficiens racio assignari non possit. Dicit enim Paulus Act. xvii. Deus qui fecit mundum et omnia que in eis sunt hic celi et terre dominus sit non in manufactis templis habitat

vel forte manufactis

ingredimur ig(itur) ad cultu(m) dei
tab(er)naculu(m) vel templu(m)
in veteri lege est institutu(m)
¶ pp status veteris legis
no(n) fuit immutat(us) nisi p(er) xp(istu)m
Et tab(er)n(acu)l(u)m designabat
statu(m) veteris leg(is) no(n) q(uo)d de
buit imm(u)t(ar)i p(ro)fic(a)tione
a(n)t(iqu)i templi ¶ pp diu(er)sa
l(oc)a p(er)tine(n)t eu(n)d(em) d(e)b(e)t duc(er)e
ho(m)i(n)es ad divinu(m) cultu(m)
Sed ad augme(n)tu(m) divini
cult(us) p(er)tinet q(uod) fiu(n)t multa
altaria et templa Sicut
p(at)z in nova lege q(uo)d i(n)d(icatu)r
est q(uod) ~~lxx~~ in veteri lege no(n)
d(e)b(e)nt e(ss)e solu(m) unu(m) templu(m)
aut unu(m) tab(er)naculu(m) s(ed)
multa ¶ pp tab(er)naculu(m)
seu templu(m) ad cultu(m) dei
ordinaba(tur) Et in deo p(ri)ncip(ali)
ne est venera(n)di unitate(m)
et simplicitate(m) Non t(ame)n q(uo)d fuis
se que(m) vel in tab(er)nacula
seu templu(m) per quedam
vela distinguebat(ur) ¶ pp
motus p(ri)mi mobil(is) qui est
d(ic)t(u)s p(ri)mo apparet in p(ar)te
orientis a qua p(ar)te incipit
p(ri)mus mot(us) / Et tab(er)naculu(m)
fuit institutu(m) ad dei ado
ratione(m) / ideo debebat esse dis
positu(m) magis v(er)sus orie(n)
tem qua(m) v(er)sus occide(n)te(m)
¶ pp Exo xx Dicit p(ro)p(ter)
ut no(n) faciant sculptile neq(ue)
aliquid simile neq(ue) ingrediu(ntu)r
/ ideo fuit in tab(er)naculo
vel in templo sculpte yma
gines cherubin Simili(ter)
est archa et p(ro)piciatoriu(m)
et candelabru(m) et mensa
et est altare sunt removibil(ia)

pp

ta(m) ubi fuisse videntur s(ed) dicit p(ro)p(ter)
Exo xx Altare de t(er)ra facietis
michi Et iter(um) no(n) ascendes
ad altare m(eu)m per gradus i(n)g(re)d(ien)t(u)r
ig(itur) videba(tur) p(ro) in no(n) altari si
de lignis auro et ere (con)tectis
et multe altitudinis ut ad eos
qui p(er) gradus ascendi no(n) poss(e)t
Sic eu(n)d(em) Exo xxi Et facietis altare
de lignis sethim qd habebit v(ide)l(icet) cubitos
~~cubitos~~ in longitudine et tot
in latitudine / et tres cubitos
altitudine / et cooperies illud
ere Et Exo xxx d(icitu)r facies
altare ad adolendu(m) thimia
mata de lignis sethim vesti
es q(uo)q(ue) illud auro purissimo ¶ pp
in op(er)ibus dei nil debet esse
sup(er)fluu(m) quia neq(ue) in operib(us)
n(atur)e aliquid sup(er)fluu(m) invenit(ur)
q(uo)d uni tabernaculo vel domui
sufficit unu(m) op(er)imentu(m) inveni(tur)
ig(itur) tab(er)naculo fuit op(er)imen
ta multa tegume(n)ta s(cilicet) cor
tine saga cilicina pelles arie
tu(m) rubricate et pelles
iacinctine ¶ pp (con)stitutio (con)
tior interiore sollempnitate(m) signat
rig(or) sb(bat)i in q(uo) a(n)no in q(ua)mvis
usq(ue) tab(er)naculu(m) et ei(us) vasa
(con)servaba(n)t(ur) eni(m) q(ue)da(m) etiam
innata ¶ pp in ps Iudi
cium dei in om(n)i t(em)p(o)re sep(er)
laus ei(us) in ore meo Sed
sollempnitates institut(a)e
ad laudem dei / ideo n(on) fuit
(con)ven(ien)s ut aliqui t(empo)ra dicit(ur)
statuerentur ad sollempnitates
peragendas p(ro)pt(er) r(ati)o(ne) q(uo)d
cerimonie sacrificior(um) (con)tentas causas
~~[illegible]~~ no(n) habent ¶ Sed (contra)
est q(uo)d ap(osto)l(u)s d(icit) ad heb(reos) vii

Contra illi qui asserunt secundum legem antiquam exemplari et umbre deservientem celestium sicut responsum est moysi cum consummaret thabernaculum Vide inquit omnia facito secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est Sed valde rationabile est quod ymaginem celestium reputat ergo convenienter sacerdotabilem cultum habebant. Ad secundum dicendum quod totus exterior cultus dei ad hoc precipue ordinatur ut homines deum in reverentia habeant. Habet autem hoc humanus affectus ut ea que communia sunt et non distincta ab aliis minus revereatur. Ea vero que habent aliquam excellentie discretionem ab aliis magis admiretur et ea revereatur / et inde etiam consuetudo hominum inolevit ut reges et principes quos oportet in reverentia haberi a subditis et preciosioribus vestibus ornentur / et etiam ampliores et pulchriores habitationes possideant / et propter hoc oportuit ut aliqua specialia tempora et speciale tabernaculum et specialia vasa et speciales ministri ad cultum dei ordinarentur / ut per hoc animus hominum ad maiorem dei reverentiam adduceretur. Similiter etiam status veteris legis / sicut dictum est institutus erat ad figurandum misterium christi / oportet autem esse determinatum id per quod aliquid figurari debet ut scilicet aliquid similitudinem eius representet / et ideo etiam oportuit aliqua specialia observari in hiis que pertinent ad cultum dei. Ad tertium dicendum quod in cultu dei duo respiciuntur scilicet deum qui colitur et homines colentes. Deus igitur qui colitur nullo corporali loco clauditur unde propter ipsum non oportuit speciale thabernaculum fieri vel templum. Sed homines ipsum colentes corporales sunt et propter eos oportuit speciale thabernaculum vel templum institui ad dei cultum propter duo. Primo quidem ut ad huiusmodi locum convenientes cum hac cognitione quod deputaretur ad colendum deum cum maiori reverencia accederent. Secundo ut per dispositionem talis templi vel thabernaculi significarentur aliqua pertinencia ad excellenciam divinitatis vel humanitatis christi. Et hoc est quod Salomon dicit iii Regum viii^o Si celum et celi celorum te capere non possunt quanto magis domus hec quam edificavi tibi. Et postea subdit Sint oculi tui aperti supra domum hanc de qua dixisti erit nomen meum ibi ut respicias ad deprecacionem servi tui et populi tui israel. Ex quo patet quod domus sanctuarii non est instituta ad hoc quod deum capiat quasi localiter inhabitantem Sed ad hoc quod nomen dei inhabitet ibi .i. ut nomen dei manifestetur per aliqua que ibi fiebant vel dicebantur

Et quia propter reverentiam loci ora
tiones fiebant ibi magis quam
alibi ex devotione orantium
Glosa 2 Reg. 7 cap. status ve
teris legis non fuit diuturnita
tis ad xpm quantum ad im
pletionem legis que facta est
solum per xpm est tamen
diuturnitatis quantum ad conditionem
populi qui erant sub lege
Tum quia populus fuit inde
fessus non habens statum maiorem
Quia modo vero habuit varia
bella cum finitimis gentibus
Tum alio autem tempore David et
Salomonis populus ille habuit
quietissimum statum et tunc
primo edificatum fuit templum
in loco quem designavit
abraham ex divina demon
stratione ad ymolandum Di
citur Gen. 22 cap. Dominus
mandavit abrahe ut offer
ret filium in holocaustum
super unum montium quem mon
stravit tibi / et post ea dicitur quod
appellavit nomen loci illius
Dominus videt quia scilicet dei pro
visionem esset locus ille dica
tus ad cultum divinum. Propter
quod dicitur Deut. 12 cap. ad locum
quem elegerit dominus deus ves
ter venietis et offeretis ho
locausta et victimas ve
stras. Locus autem ille / de
signari non debuit per
edificationem templi ante
tempus predictum propter tres ra
tiones quas Rabi moyses
assignat Prima est ne
gentes apparerent sibi locum
illum Secunda est ne gentes ipsum
destruerent Tertia vero ratio est ne
quelibet tribus vellet habere locum
illum in sorte sua / et propter hoc
orirentur lites / et iurgia et ideo
non fuit edificatum templum donec
haberent regem per quem possent
huiusmodi iurgia compesci Interim
vero ad cultum dei erat ordina
tum thabernaculum portatile
per diversa loca quamdiu non fuit
determinato loco divini
cultus Et hec est ratio literalis di
versitatis tabernaculi et templi
Ratio autem figuralis esse potest
quia per hec duo significatur duplex
status per thabernaculum mu
tabile significatur status presentis vite
mutabilis Per templum vero
quod erat firmum et stans
significatur status future vite que
est omnino invariabilis / et propter
hoc in edificatione templi
dicitur quod non est auditus sonus
mallei vel securis ad figuran
dum quod omnes perturbationes in
mutabilitatis longe erunt a statu
futuro Vel per thabernaculum
significatur status legis veteris
per templum autem a salomone
constructum status nove legis
Unde ad constructionem thaber
naculi soli iudei sunt operati
ad edificationem vero templi
cooperati sunt etiam gentiles
scilicet tirii et sydonii Glosa
3 Reg. 6 cap. Ratio unitatis tem
pli vel thabernaculi potest esse
literalis et figuralis Literalis

quod est ratio ad exclusionem ydolatrie / quia gentiles diis diversis diversa templa constituebant. Et iterum ut firmaretur in animis hominum fides unitatis divine voluit deus ut in uno loco tantum sibi sacrificium offerretur. Et iterum ut per hoc ostenderet quod corporalis cultus non erat propter se ei acceptus / et ideo compescebantur ne ubique et passim sacrificia offerrent. Sed cultus nove legis in cuius sacrificio spiritualis gratia continetur est secundum se deo acceptus / et ideo multiplicatio altarium et templorum acceptatur in nova lege. Quantum vero ad ea que pertinebant ad spiritualem cultum dei qui consistit in doctrina legis et prophetarum erant etiam in veteri lege diversa loca deputata in quibus conveniebant ad laudem dei que dicebantur synagoge. Sicut et nunc dicuntur ecclesie in quibus populus christianus ad laudem dei congregatur / et sic ecclesia nostra succedit in locum / et templi et synagoge quia ipsum sacrificium ecclesie spirituale est. Unde non distinguitur apud nos locus sacrificii a loco doctrine. Ratio autem figuralis esse potest quia per hoc significatur unitas ecclesie vel militantis vel triumphantis / Ad tertium dicendum quod sicut in unitate templi vel tabernaculi representabatur veritas dei vel unitas ecclesie / ita etiam in distinctione tabernaculi vel templi representabatur distinctio eorum que deo sunt subiecta ex quibus in dei venerationem consurgimus. Distinguebatur autem tabernaculum in duas partes. In unam que vocabatur sancta sanctorum que erat occidentalis. Et aliam que vocabatur sancta que erat ad orientem / et iterum ante tabernaculum erat atrium. Hec igitur distinctio duplicem habet rationem ad cultum dei / Sic enim diverse partes mundi per distinctionem tabernaculi figurantur. Nam pars illa que dicitur sancta sanctorum figurabat seculum altius quod est spiritualium substantiarum. Pars vero illa que dicitur sancta exprimebat mundum corporalem / et ideo a sanctis sanctorum distinguebatur quodam velo quod quatuor coloribus erat distinctum per quos quatuor elementa designantur. Scilicet bisso per quod designatur terra quia byssus id est linum de terra nascitur. Purpura per quam significatur aqua. Fiebat enim purpureus color ex quibusdam conchiliis que inveniuntur in mari. Iacincto per quod significatur aer quia habet aerium colorem / et cocco bis tincto per quod figuratur ignis. Et hoc ideo quia materia quatuor elementorum est impedimentum per quod velantur nobis incorporales substantie / et ideo in interius tabernaculum id est in sancta sanctorum solus summus sacerdos et semel in anno introibat ut ~~distingueretur~~ designaretur quod hec est finalis perfectio hominis ut ad illud seculum introducatur. In tabernaculum

vero ꝯtius .s. i. sancta introibant
sacerdotes cottidie non autem
cottidie propter quod in solum ad
atrium accedebat quia ipsi
corpore propter participacionem pertinet
ad inferiores aut corum
veres soli sapientes per
contemplationem attingere possunt
hoc vero totum figurale / per
ꝯtius thabernaculum et
sancta / significatur status veteris
legis ut apostolus dicit ad he
breos ix . Item ad illud
thabernaculum semper introibant
sacerdotes sanctificatorum officia
consumantes . Interius
vero thabernaculum quod dicitur
sancta sanctorum significatur vel celestis
gloria / vel etiam status spiritualis
nove legis qui quedam
est inchoatio future glorie
in quem statum nos xpistus
Levitici iiii. Anima que peccaverit
per ignorantiam etc. Sed hoc in-
telligendum est de ignorantia fa-
cti aut de ignorantia propri-
gini quod omnes scire tenebantur.
3a Tertius gradus est quando aliquis
ex superbia peccat et ex certa
electione, ut ex certa malitia,
et tunc puniebatur secundum quantitatem de-
4a licti. Quartus autem gradus
est qui peccabat per pertinaciam et
pertinaciter, et tunc quasi rebellis
et destructor ordinationis
legis omnino occidendus erat.
Primum hoc dicendum est quod de pe-
na furti considerabatur secundum
legem id quod frequenter ac-
cidere poterat, et ideo pro furto
alicuius rei que de facili
custodiri poterat a furibus non red-
debat fur nisi duplum. Oves
autem non de facili custodiri pote-
rant a furto quia pascuntur in agris,
et ideo frequentius contingebat quod oves
furto subtraherentur. Unde lex
maiorem penam apponit ut scilicet
quatuor oves pro una ove redderentur.
Boves autem difficilius custodiuntur quia habentur
in agris et non ita pascuntur
congregatim sicut oves, et ideo ad-
huc maiorem penam apponit
ut scilicet v boves pro uno bove
redderentur. Et hoc dico nisi for-
te animal idem inventum fuerit vivens
apud eum, quia tunc solum dupla resti-
tuebat sicut et in ceteris furtis.
Poterat enim haberi presumptio ut
cogitaret restituere ex quo vivum
servasset. Vel secundum glosam quod potest dici
bos secundum quinque utilitates, quia immolatur,
arat, pascit carnibus, lactat,
et corium eius diversis usibus
ministrat. Et ideo pro uno bove
quinque boves reddebantur. Ovis
autem secundum quatuor utilitates, quia
immolatur, pascit, lactat et lanam
ministrat. Filius autem contuma-
x qui comedebat et bibe-
bat occidebatur. Quod propter contuma-
ciam que semper morte puniebatur et rebellionem
ut dictum est. Ille vero qui colli-
gebat ligna in sabbato la-
pidatus fuit tamquam legis
violator, que sabbati observantiam
approbat in commemorationem
fidei novitatis mundi sicut supra
dictum est. Unde occisus fuit
tamquam infidelis. Exodi x dd.
Lex vetus penam mortis
inflixit in gravioribus criminibus,
scilicet in hiis qui contra deum peccant
et in homicidio et in furto

ignominie

et irreuerencia ad parentes
et adulterio et in bestialibus
furto aut aliarum rerum
adhibebant penam dampni pro
cussione aut et mutilacionis
inducunt penam talionis Et pro
in peccato falsi testimonii in hiis
aut minoribus culpis indu
pena flagellacionis vel
ignominie aut etiam pena aut similis
inducebant in duobus casibus
primo quando quis septimo anno re
missionis ille qui erat seruus
nolebat beneficio legis uti ut
liber exiret tunc ipse ei
infligebatur ut in perpetuum ser
uus remaneret Secundo infligebatur
seruo qui non habebat ad possessionem
restitucionem Sed hec sexto ex
pena aut exilii [illegible] loco
non statuit quia de solo ipso
illo tollebatur deus omnibus
aliis populis per ydolatriam
corruptis Unde si quis a populo
illo vel deo exclusus esset da
retur ei occasio ydolatrie Et
ideo primi Regum xxvi dicitur
quod David dixit ad Saul
maledicti sunt qui eiecerunt
me hodie ut non habitem in
hereditate domini dicentes Vade ser
ui diis alienis Erat tamen ali
quod preclare exilium Unde Num.
Deut. xix quod qui percussit
proximum suum nesciens et qui
nullo odio ipsum habuisse conuin
cebatur ad unam urbium
refugii confugiebat et ibi ma
nebat usque ad mortem summi
sacerdotis Tunc enim licebat
ei redire ad domum suam
quia in publico dampno populi
consueuerunt priuata ire sedari et
ita proximi defuncti non sic
prouocantur ad eius occisionem
Ad xii dicendum quod animalia bru
ta mandabantur occidi non
propter aliquam ipsorum culpam
sed in penam dominorum qui talia
animalia non custodierant ab
huiusmodi peccatis Et ideo magis
puniebatur dominus si bos cornu pe
tiit ab heri et nudius tercius
in quo casu poterat occurri pericu
lum quam si subito cornupeta effi
ceretur Uel occidebantur animalia
in detestacione peccati ne ex eorum
aspectu aliquis horror hominibus
incuteretur Ad xiii dicendum quod
racio litteralis illius mandati fuit
ut Rabi Moyses dicit quia ut plurimum
sequutor interfector est de ciuitate
propinqui Unde occisio vitule
fiebat ad explorandum occultum
homicidium Quod quidem fiebat
per tria quorum unum est quod
seniores ciuitatis iurabant nichil
se pretermisisse in custodia viarum
Aliud est quia ille cuius erat
uitula dampnificabatur in occi
sione animalis Et si prius ma
nifestaretur homicidium animal non
occideretur Tercium est quia locus
in quo uitula occidebatur
remanebat incultus Et ideo
ad euitandum utrumque dampnum
homines ciuitatis de facili mani
festarent homicidam si scir
rent et raro preterirent quin
aliqua uerba uel indicia
super hoc facta essent vel
fiebant ad terrorem et inde
testacionem homicidii Per
occisionem enim uitule que est

animal utile / et forti ue-
plenum perpue autoqum la-
bore sup iugo figurabatur
Cum quamuis homicidium fratris
set quamuis esset utilis et for-
tis occidendus erat morte
crudeli / quia auris incisio figura-
bat / quod tamquam vilis et abiec-
tus a consorcio hominum conclu-
dendus erat / quod significabatur
per hoc / quod uitula erat occisa
in loco aspero et in oculto re-
linquebatur inputrescenda contri-
cio conscientie aut penitenciam
de commisso / significatur tacto quod
que non traxit iugum / quia non
fecit penitenciam / nec terram fodit
vomere .i. predicacionibus uitam
lam non admisit Per hoc
quod in valle multa occide-
batur / significatur desperata mors
Christi / per quam purgantur omnia
peccata / et qualiter ee honorandus
actor ostenditur

AD 3m sit pce. vi quod in
dicialia precepta non sunt
quemuis tradita quantum ad con-
uersos Dicit enim petrus ac-
tuum x In ueritate comperi
quod non est personarum acceptor
deus / sed in omni gente qui timet
deum et operatur iustitiam
acceptus est illi Set illi qui sunt
deo accepti non sunt ab ecclesia
dei excludendi / quemadmodum
tamen mandatur Deutero xxiii Cum
ammonites et moabites etiam
post x generationem non intrabunt
ecclesiam domini imperpetuum Sicut
autem ibidem precipitur / Egipcius
quam gentibus non abhominaberis
Idumeum quia frater tuus est nec egip-
cium quia aduena fuisti in terra
eius ¶ Ad 4m quod sunt in potestate ma-
nu mentum aliquam penam Set quod
Ho sit eunuchus uel ex scorto
natus non est in potestate eius quem in-
quemuis mandatur Deutero xx-
iii Cum eunuchus et ex scorto
natus non ingredietur ecclesiam dei
¶ Ad 5m lex precepti misericordiam mandat
ut aduenam non affligas Exodi
xxii Aduenam non contri-
stabis nec affliges eum Ad-
uene enim et ipsi fuistis in terra
egipti Et xxiii Peregrino mo-
lestus non eris scitis enim aduenarum
animas / quia et ipsi peregrini
fuistis in terra egipti Set ad
afflictionem aliquorum pertinet quod
usuris opprimantur Igitur
lex permisit Deutero xxiii Ut
alienis ad usuram pecuniam com-
modaret ¶ Ad 6m quod magis approp-
inquant nobis homines quam arbo-
res Set hiis que sunt nobis
magis propinqua / magis debemus
affectum et effectum dilectionis im-
pendere Eccl xiii Omne
animal diligit sibi simile Sic et
omnis homo proximum sibi Iniungitur
12 Deuteronomio mandatur
quod de ciuitatibus hostium captis omnes
interficerentur / et tamen arbores non
succiderentur fructifere ¶ Ad 7m bonum
commune est bono priuato
preferendum ab unoquoque Set in bello
quod committitur contra hostes commune bonum
... Iniungitur mandatur
Deutero xx Cum minime pertinet
aliquem a bello remittantur puta domum
qui edificauerunt domum / uel qui

Deut. desponsavit uxorem. Ad xii^m quod
culpa non aliquis quoddam
reportare sed quod homo sit formi-
dolosus et corde pavidus vel
pavidus est. Contingit enim ipsi
fortiter inquinentur quam alios
plus perturbarent formidolosi
et pavidi tot fiunt. Ad iiii^m quod
est quod sapientia divina. Et Prov.
viii^o Iusti sunt omnes sermones
mei non est in eis pravum
quid neque perversum. Respondeo dicendum
quod cum extraneis potest esse communicatio
hominum dupliciter. Uno modo pacifice.
Alio modo hostiliter. Et quantum ad utrumque
modum ordinandum lex que
convenientia precepta continebat. Tri-
pliciter enim offerebatur Iudeis occasio
ut cum extraneis pacifice communicarent.
Primo quidem cum extranei
per terram eorum transitum facie-
bant quasi peregrini. Secundo quando
in terram eorum adveniebant ad ha-
bitandum sicut advene. Et quantum
ad utrumque lex misericordie precepta pro-
ponit. Nam Exodi xxii dicitur
advenam non contristabis. Et xx-
iii^o dicitur peregrino molestus non eris.
Tertio vero quando aliqui extranei
totaliter in eorum consortium et ritum
admitti volebant. Et in hiis
quidam ordo attendebatur. Non
enim statim recipiebantur quasi cives
sicut etiam apud quosdam gentiles
statutum erat ut non reputa-
rentur cives nisi qui ab avo
vel abavo cives existerent
ut Philosophus dicit in iii Polit.
Et hoc ideo quia si statim
extranei advenientes reci-
perentur ad tractandum ea que

sunt populi possent multa pericula
contingere. Cum extranei non habentes
adhuc amorem firmatum ad bonum
publicum aliqua contra populum at-
temptarent. Et ideo lex statuit
ut de quibusdam gentibus ha-
bentibus aliquam affinitatem
ad Iudeos scilicet de Egiptiis apud
quos nati fuerant et nutriti
et de Ydumeis filiis Esau fratris
Iacob in tertia generatione recipe-
rentur in consortium populi. Quidam
vero quia hostiliter se ad eos
habuerant sicut Amonite et Moabite
nunquam ad consortium populi admit-
terentur. Amalechite autem qui
magis eis fuerant adversati et
cum eis nullum cognationis
cognationis habebant consortium
quasi hostes perpetui haberentur. Dicitur
enim Exodi xvii Bellum Dei
erit contra Amalech a genera-
tione in generationem. Similiter etiam
circa hostilem communicationem
cum extraneis lex convenientia
precepta tradidit. Nam primo
quidem instituit ut bellum iuste
inciperetur. Mandatur enim Deut.
xx quod quando accederent ad ex-
pugnandam civitatem offerent primo
ei pacem. Et secundo instituit ut
fortiter bellum susceptum exeque-
rentur habentes de Deo fiduciam
et ad hoc melius observandum
instituit quod imminente prelio
sacerdos confortaret promittendo
eos auxilium Dei. Tertio man-
davit ut impedimenta prelii
removerentur remittendo
quosdam ad domum qui pos-
sent impedimentum prestare. Quar-
to instituit ut victoria

moderate utentur pecudum mulieribus et pueris / et ligna fructifera regionis non incidendo c / Ad 3 dicendum quod hominis nullius gentis concludit hoc cultum dei / et ab hiis que pertinent ad cultum dei. Exodo xii Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam et facere phase domini / ibi circumcidetur prius omne masculinum eius / et tunc rite celebrabit eritque simul sicut indigena terre. Sed in temporalibus quantum ad ea que pertinebant ad communitatem populi / non statim quilibet admittebatur / ratione supra dicta. Sed quidam in tercia generatione scilicet egipcii et ydumei / et alii vero perpetuo concludebantur in detestationem culpe preterite sicut moabite et amonite et amalechite. Sicut enim punitur unus homo propter peccatum quod commisit ut alii timore videntes timeant et peccare desistant. Ita etiam propter peccatum gentis potest puniri ut alii a peccato abstineant. Poterat tamen dispensative aliquis in talem gentem populi admitti propter aliquod opus virtutis. Sicut Judith

achior quinto dicit / quod achior dux filiorum amon appositus est ad populum israel et omnis successio eius. Et similiter ruth moabitis

mulier que mulier virtutis erat licet possit dici / quod illa prohibitio concernebatur ad viros / non ad mulieres quibus non competit simpliciter esse cives

Ad 2 dicendum quod sicut philosophus dicit in 3o politice Dupliciter aliquis dicitur civis uno modo simpliciter alio modo secundum quid. Simpliciter quidem civis est qui potest agere ea que sunt civium / puta dare consilium vel iudicium in populo. Secundum autem quid civis dici potest quicumque civitatem inhabitant etiam viles persone / et pueri / et senes qui non sunt ydonei ad hoc / quod habeant potestatem in hiis que pertinent ad commune bonum. Unde bastardi propter vilitatem originis excludebantur ab ecclesia id est a collectione populi / usque ad x generationem. Et similiter eunuchi quibus non poterat competere honor qui patribus debetur et precipue in populo iudeorum in quo dei cultus conservabatur per carnis generationem et apud gentiles etiam qui multos filios genuerant aliquo insigni honore donabantur. Sicut dicit philosophus in 2o politice. Tamen quantum ad gratiam / ad ea que dei pertinent eunuchi ab aliis non separabantur. Sicut patet advene qui adheret deo dicens separatione dividet me deus a populo suo / et non dicat eunuchus ecce ego lignum aridum Isaie lvi. Ad 3 dicendum quod accipere usuras ab alienis non erat secundum intentionem legis. Sed ex quadam permissione propter pronitatem iudeorum ad avariciam / et ut magis pacifice haberent se ad extraneos a quibus lucrabantur. Ad 4 dicendum quod circa civitates huiusmodi quedam distinctio adhibebatur / quedam enim erant remote non de numero illarum / que eis erant repromisse / et in talibus in hu-

civibus..

expugnatis / occidebantur masculi
qui pugnaverant quasi potius Dei
iudiciis / aut et infantibus
parcebatur. Sed in civitatibus
vicinis que capiebantur omnes interfici
omnes mandabantur iusticia propter
iniquitates eorum precedentes / ad quarum
punicionem Deus populum israel
quasi divine iusticie executores
mittebant. Deutronomii IX. Deuteronomii
IX. Quia ille egerunt impie
introeunte te delete sunt.
Ligna autem fructifera mandabantur
reservari / propter utilitatem ipsius populi
cuius dicioni / et civitas et territo-
rium subiciendum erat. Ad
V. dicendum. Quod novus edificator
domus / aut plantator vinee /
vel desponsator uxoris excluditur
a prelio / propter duo. Primo
quidem / quia ea que homo de novo
habet vel statim paratus est adha-
bendum / magis solet amare
et per consequens eorum amissionem time-
re. Unde probabile erat / quod ex tali
amore magis mortem timerent
et sic minus fortes essent ad
pugnandum. Unde philosophus dicit
in III° ethicorum. Infortunium videtur
quando aliquis appropinquat ad ali-
quod bonum adipiscendum / si postea
impediatur ab illo / et ideo ne propinqui
qui remanebant magis contri-
starentur de morte talium qui
bonis sibi paratis potiri non
fuerunt. Et etiam populus conside-
rans hoc horreret huiusmodi ho-
mines a mortis periculo fuerunt
sequestrati per subtractionem
a prelio. Secundo propter ti-
morem. Timidi domum remittebantur
ad domum / ut hoc non ipsi
aliquod commodum consequerentur sed

ne populus ex eorum presencia in-
commodum consequeretur dum et
per eorum timorem / et fugam
etiam illi ad timorem / et fugam
provocarentur.
Ad quartum sic proceditur. Videtur quod in-
convenienter lex vetus
precepta ediderit circa
personas domesticas. Servus
enim id quod est domini est ut philosophus
dicit in primo polliticorum. Sed illud quod
est alicuius perpetuo eius esse
debet. Ergo inconvenienter lex man-
davit Exodi XXI. Quod servi VII.
anno liberi abscederent. Praeterea
sicut animal aliquod ut asinus
aut bos est possessio domini ita
etiam servus. Sed de animalibus praecipitur.
Deuteronomii XXII. Non
tradas servum domino suo qui ad
te confugerit. Praeterea lex divina
debet magis ad misericordiam provo-
care quam etiam lex humana.
Sed secundum leges humanas gra-
viter puniuntur qui nimis
aspere affligunt servos / aut
ancillas. Maxima autem videtur
afflictio ex qua sequitur mors.
Inconvenienter igitur statuitur Exodi
XXI°. Quod qui percusserit ser-
vum / aut ancillam virga / si
uno die supervixerit / non sub-
iacebit pene / quia pecunia
illius est. Praeterea alius est principatus
patris domini ad servum et patris
ad filium ut dicitur primo et 3°
pollliticorum. Sed hoc ad principatum
domini ad servum pertinet ut ser-
vum / vel ancillam vendere
possit / inconvenienter igitur lex per-
misit / quod aliquis venderet

Quid

horreret

servum

Lv

filium suum in famulum
vel ancillam. Et sic pater habet
sui filii potestatem, sed eius e-
minentie concessus, qui habet potesta-
tem super peccante. Invenitur
igitur mandatum Deut(eronomii) xxi c., quod
pater ducat filium ad senio-
res civitatis puniendum. Et sic deus
prohibuit Deut(eronomii) vii ut
cum alienigenis non sociarent — alienigenis
coniugia, et coniuncta esse se-
pararentur, ut patet primo Esdre. In-
venitur tamen Deut(eronomii) xxi conce-
dis ut captivas alienigenarum
ducere posset uxores. Et sic
deus in uxoribus ducendis quos-
dam consanguinitatis et affinitatis
gradus precepit esse vitandos,
ut patet Levitici xviii. Invenitur
tamen mandatum Deut(eronomii) xxv c.,
si aliquis esset mortuus ab-
sque liberis, uxorem eius ipsius
frater eius acciperet. Et sic inter virum
et uxorem sicut est maior
familiaritas, ita debet esse
firmissima fides. Sed hic non
patet, ecce si uxorem displicuerit fu-
erit, invenitur tamen deus permisit
Deut(eronomii) xxiiii c. quod vir possit
dimittere uxorem scripto li-
bello repudii, et quod eam
solutus eam recipere non
possit. Et sic sed uxor potest
frangere fidem marito, ita etiam
servus domino et filius patri. Et
ad maiestatem quae in contra fit in domi-
num vel filii in patrem, unum est
institutum in lege aliquod
sacrificium, tamen unde institutum sacri-
ficium zelotypie ad manifestandum
uxoris adulterium. Numeri v.

Dico igitur invenitur videtur esse
tradita in lege precepta iudi-
cialia circa personas domesticas.
Et sic quantum ad dominum ipsos. Iudicia
domini vero iustificata in semetipsa.
Et Psalmo xviii. Quod hoc domesticas
personas ad invicem, ut dicit philosophus
in primo Politicae, est sicut actus coniuncti
qui ordinatur ad usum communem vite.
Vita autem hominis consistit du-
pliciter. Primo quantum ad individuum,
prout scilicet homo in uno vivit. Et
ad talem vite conservationem opitu-
lantur homini exteriora bona, ex
quibus homo habet victum et
vestitum et alia huiusmodi necessaria
vite, in quibus administrandis in-
diget homo servis. Alio modo conservatur
vita hominis secundum speciem per generationem,
generationem ad quam indiget homo
uxore, ut ex ea generet filium.
Sic igitur in domestica communione sunt
tres combinationes, scilicet domini ad ser-
vum, viri ad uxorem, patris ad
filium. Et quantum ad omnia ista
lex vetus precepta convenientia tradidit.
Nam quantum ad servos instituit
ut modeste tractarentur, et quantum
ad labores, ut scilicet immoderatis la-
boribus affligerentur. Unde Deut(eronomii)
v: Dominus mandavit ut die
sabbati requiesceret servus et ancilla
tua sicut et tu. Et iterum quantum
ad penas inflictas imposuit
enim penam mutilatoribus servorum,
ut dimitterent eos liberos. Unde
Exod(i) xxi. Et similiter etiam
statuit in ancilla quam in uxo-
rem vir duxerit. Statuit
enim specialiter circa servos qui erant
ex populo ut septimo anno liberi

egrediebantur non vacui omnibus que
apportaverant etiam vestibus
Ut habetur Exo. xi Mandatur
etiam nusquam Deut. xx ut
ei debitum vicarius Contrahe-
rent ut statuitur in lege quan-
tum ad uxores ducendas ut
scilicet ducat uxores sue tribus
Num. ultimo Et hoc ne
sortes hereditatum confundantur Et
quod alius in uxorem ducat uxo-
rem fratris defuncti sine libe-
ris ut habetur Deut. xxv
Et hoc ut ille qui non potuit
habere successores secundum carnis
originem saltem haberet per
quandam adoptionem ut scilicet
nomen mariti defuncti
deleretur Prohibuit etiam
contra quasdam personas ne
in coniugium ducerentur scilicet alieni-
genas propter periculum seductionis
Et propinquas propter reverentiam
naturalem que eis debetur Statuit
etiam qualiter uxores iam duc-
te tractari deberent ut scilicet non
leviter infamarentur Unde
mandatur puniri ille qui falsum
crimen tum imponit uxori ut habetur
Deut. xxii Et quod propter
uxoris odium filius detri-
mentum non pateretur ut habetur
Deut. xxi Et etiam quod propter
odium uxorem non affligeret
Sed potius scripto libello
repudii eam dimitteret
ut patet Deut. xxiiii Et
ut etiam maior dilectio
inter coniuges a principio contrahatur
precipitur quod cum aliquis nuper

uxorem accepit nihil ei publi-
ce necessitatis iniungatur ut libere posset
letari cum uxore sua Circa
filios autem instituit ut parentes eis
disciplinam diligenter adhiberent
instruendo eos in fide Ut habetur
Exo. xii Cum dixerint vobis
filii vestri que est ista reli-
gio dicetis eis victima transitus domini
est Et quod etiam instruerent eos
in moribus Unde dicitur Deut.
xxi Dicent parentes filius noster
iste contempnit audire monita com-
messationibus vacat et luxuri-
is atque conviviis Ad tertium dicendum
quod quia filii Israel erant a domino
de servitute liberati et per hoc di-
vine servituti adducti voluit
dominus ut non in perpetuum servi
essent Unde dicitur Levit. xxv Si
paupertate compulsus vendiderit
tibi se frater tuus non eum
opprimes servitute famulorum
Sed quasi mercenarius et colonus
erit Quia mei enim sunt servi et ego
eduxi eos de terra Egypti non
veniant conditione servorum Et ideo
quia simpliciter servi non erant Sed
secundum quid finito tempore dimitte-
bantur liberi Ad quartum dicendum quod
mandatum illud intelligitur de servo
qui a domino queritur ad occiden-
dum vel ad aliquod peccati ministerium Ad
quintum dicendum quod circa lesiones servis
illatas lex considerasse videtur
utrum sit certa vel incerta Si
enim lesio certa esset lex penam
adhibuit pecuniariam scilicet quod
amissione servi qui mandatur
libertati donandus pro morte

aut homicidii pena cum sing(ulis)
in manu domini liberavit eos mo
re(re)tur / Et vero lepro non erat
certa / sed cum appareret haberet
lex nullam penam infligebat
in isto casu / puta ut si unus
percussus non statim mori
ebatur / sed post aliquot dies mori
tur cum erat vivus ex percus
sione erat mortuus quia si
percussisset liberum hominem / ita
tamen quod statim non moretur
sed super baculum suum am
bulavit non erat homicida
reus qui percussit / tamen si
post moreretur tenebatur
tamen ad impensas solvendas
quas percussus in medicos
fecerat / Et hoc in suo casu
locum non habebat Contra quod
quod sine habebat et in ipsa
persona sui erat quedam
passio dei / Et ideo pro causa
assignatur quare non servabat
ad penam peccatum aut quia
peccatum illius est / Extra x ad
quod peccat dono est nullus iudex
potest ponere iudicium quod
sunt sibi / Et erat sicut si
quod quasi mercenarius usque ad
tempus / Et per hunc modum permit
tebat lex quod pauper de
gente sua filiam aut filium
venderet / Et hec sunt verba
illius legis audiunt / Dicit
enim si quis vendiderit filiam
suam in famulam non egredietur
sicut ancille exire solent
sed venerant / Per hunc erat
mutatio non solum filium

Sed etiam se ipsum aliquis vendere
poterat magis quasi mercenarium
quam quasi servum / Ex id levitici xxv
Si pauper(tate) compulsus vendi
derit se tibi frater tuus non eum
opprimes servitute famulorum / sed
quasi mercenarius colonus erit / Exod
j. ad quod pro de pluribus d(icitur) m(od)o
ethica punitus primus est sola
admonendi potestatem Non autem
habet potestatem coactivam per quam
tollere et corrigere opprimi potest
Et ideo in hoc casu lex mandavit
ut filium contumax ap(ud) ... civit(atis)
puniretur / Exod 6 ad / quod deos
alienos in aliquo prohibuit in matrimonium
duci propter periculum seductionis ne
inducerent in ydolatriam / Et propterea
hoc prohibuit de illis gentibus
que in hoc mundo habitant / De quibus
erat magis probabile quod suos
ritus retinerent / Si quis vero
ydolorum cultura se dimittere vellet
et ad legis cultum se transferre
poterat in matrimonium duci / Exod
patet de ruth quam duxit booz
eam in uxorem / Que ipsa dixit
Extra sorori sue populus tuus populus
meus / Deus tuus deus meus
ut dicitur ruth 10 / Et ideo captiva
non permittebatur alicui in uxorem
duci nisi prius rasa cesarie
et circumcisis unguibus / et de
posita veste in qua capta est
et fleret patrem et matrem suam
que significat ydolatrie perpetua abiec
tio / Extra 1 ad quod pro de licet
de sine contra / Eum immitigabile
malum mors erat apud iudeos
quia omnia pro penitentia ... vita

Statutum fuit ut defuncto fratre
filius qui fratri nasceretur unde erat
quedam mortis mitigatio. Non
autem alius quam frater / ut propinquius
inheretur accipere uxorem
defuncti / quia non ita videretur
quasi mortuus quando ex ea nasci-
turus esset filius eius qui obiit
et etiam quia nec / non ita here-
ditas statuerit domini eius qui
obierat sit fratri eius / tamen quanto
quando hoc facere iustum erat
Ex quo patet quod fratris in parte do
uxorem fratris sui post defuncti
fratris fungebatur. Unde 8 distinctio
quod lex permisit repudium uxoris
Non quia sumere iustum esset
Sed propter duritiam uxorum ut
dicitur Matthei xix. Sed de hoc
plenius tractari eum de
matrimonio agetur. Unde 9 distinctio
quod uxores fidem minorem fran-
gunt per adulterium / et defa-
cili propter delectationem et late-
ter quia adulteri obser-
vant caliginem ut dicitur Job
xxiiij. Non autem est filius vo-
de filio ad patrem nec de sponso
ad dominum / quia tales infidelitas non
procedit ex complacentia dilecta
sed magis ex malitia / nec per-
ita latet sicut infidelitas mulierum
adulterium.

infidelitas

Queritur quid est de lege
evangelii que dicitur lex
nova. Et primo de ipsa
secundum se. Secundo de ipsa per comparationem
ad legem veterem. Tertio de hiis
que in lege nova continentur.
Circa primum queruntur quatuor.
Primo utrum lex nova sit
scripta vel indita. Secundo

de virtute eius utrum sufficiat.
Tertio de principio eius utrum
debuit dari a principio mundi.
Quarto de termino eius
utrum sit duratura usque ad
finem an debeat ei alia lex
succedere.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod lex
nova sit lex scripta
lex enim nova est ipsum evangelium
Sed evangelium est scriptum Johannis xx
Hec autem scripta sunt ut cre-
datis / ergo lex nova est lex
scripta. Preterea lex indita est
lex nature secundum illud Romanorum ii Natura-
liter ea que legis sunt fa-
ciunt qui habent opus legis in cor-
dibus suis. Si igitur lex evangelii
esset lex indita non differret
a lege nature. Preterea lex evangelii
propria est eorum qui sunt in sta-
tu novi testamenti. Sed lex
indita est communis et hiis qui
sunt in novo testamento et hiis
qui sunt in veteri lege. Dicitur enim
Sapientie vij quod divina sapientia
per nationes in animas sanctas
se transfert amicos dei et
prophetas constituit / ergo lex no-
va non est lex indita. Sed contra
est quod lex nova est lex no-
vi testamenti. Sed lex novi testamenti
est indita in corde. Apostolus
enim ad Hebreos viij dicit indu-
cens auctoritatem que habetur
Jeremie xxxj. Ecce dies
veniunt dicit dominus et consum-
mabo super domum Israel / et super
domum Juda testamentum novum et ex-
ponens quod sit hoc testamentum
quod disponam domui

scilicet dabo leges meas in mente eorum et in corda eorum superscribam eas. Ergo lex nova est lex indita. Item Ro. viii. Unaqueque res videtur esse quod est in ea potissimum ut dicit philosophus in ix ethicorum. Id autem quod est potissimum in lege novi testamenti in quo tota virtus eius consistit est gratia spiritus sancti que datur per fidem Christi et ideo lex nova est principaliter ipsa gratia spiritus sancti que datur Christi fidelibus et hoc manifeste apparet per apostolum qui dicit Ro. iii. Ubi est gloriatio tua exclusa est non per legem factorum sed per legem fidei. Ipsam enim fidei gratiam legem appellat. Et expressius ad Ro. viii dicitur lex spiritus vite in Christo Iesu liberavit me a lege peccati et mortis. Unde et Augustinus dicit in libro de spiritu et littera quod sicut lex factorum scripta fuit in tabulis lapideis ita lex fidei scripta est in cordibus fidelium. Et alibi dicit in eodem libro. Que sunt leges dei ab ipso deo scripte in cordibus nisi ipsa presentia spiritus sancti. Habet tamen lex nova quedam sicut dispositiva ad gratiam spiritus sancti et ad usum huius gratie pertinentia que sunt quasi secundaria in lege nova de quibus oportuit instrui fideles Christi et verbis et scriptis tam circa credenda quam circa agenda. Ideo dicendum est quod principaliter nova lex indita est secundario autem est lex scripta. Ad primum

ergo dicendum quod in scriptura evangelii non continentur nisi ea que pertinent ad gratiam spiritus sancti vel sicut dispositiva vel ordinativa ad usum huius gratie. Sicut dispositiva quidem quantum ad intellectum per fidem per quam datur spiritus sancti gratia continentur in evangelio ea que pertinent ad manifestandam divinitatem vel humanitatem Christi. Secundum affectum vero continentur in evangelio ea que pertinent ad contemptum mundi per que homo capax fit gratie spiritus sancti. Mundus enim id est amatores mundi non capiunt spiritum sanctum ut habetur Joh. xiiii. Usus vero spiritualis gratie est in operibus virtutum ad que multipliciter scriptura novi testamenti homines exhortatur. Ad 2 dicendum quod duplex est aliquid inditum homini. Uno modo pertinens ad naturam humanam et sic lex naturalis est lex indita homini. Alio modo est aliquid inditum homini quasi nature superadditum per gratie donum et hoc modo lex nova est lex indita homini non solum indicans quid sit faciendum sed etiam adiuvans ad implendum. Ad 3 dicendum quod nullus unquam habuit gratiam spiritus sancti nisi per fidem Christi explicitam vel implicitam. Per fidem autem Christi pertinet homo ad novum testamentum. Unde quibuscumque fuit lex gratie indita secundum hoc ad novum testamentum pertinebat.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod lex nova non iustificet. Nullus enim iustificatur nisi legi dei obediat secundum illud ad Hebr. v. Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne. Sed evangelium non semper operatur

quod homines ei obediant dicitur
enim (Ro. x) Non omnes obediunt
evangelio. ergo lex nova non iustificat.
¶ Preterea apostolus probat ad Ro. 4 quod
lex vetus non iustificabat quia
ea adveniente prevaricatores erant
sicut dicitur ad Ro. 4. lex ira[m]
operatur. ubi enim non est lex nec
prevaricatio. Sed multo magis lex nova
prevaricationem addit. maiori enim pena
est dignus qui post legem novam datam
adhuc peccavit. secundum illud ad Hebr.
x. Irritam quis faciens legem
(ulla) Moysi sine ulla miseratione duo-
bus vel tribus testibus moritur.
quanto magis putatis deteriora
mereri supplicia qui filium dei con-
culcaverit etc. ergo lex nova non
iustificat sicut nec lex vetus.
¶ Preterea iustificare est proprius effectus
dei. secundum illud ad Ro. viii Deus
qui iustificat. Sed lex vetus fuit a deo
(nova) sicut et lex nova. ergo lex nova non
magis iustificat quam lex vetus.
¶ Sed contra est quod apostolus dicit ad Ro. i
Non erubesco evangelium. virtus enim
dei est in salutem omni credenti.
non autem est salus nisi iustificatis.
ergo lex evangelii iustificat. ¶ Respondeo
dicendum quod sicut dictum est ad legem
evangelii duo pertinent. unum quidem
principaliter scilicet ipsa gratia spiritus sancti interius
data. et quantum ad hoc lex nova
iustificat. unde Augustinus dicit in
libro de spiritu et littera. ibi scilicet in
veteri lege lex extrinsecus posita
est qua iniusti terrerentur. hic
scilicet in nova lege intrinsecus data est
qua iusti iustificarentur. Aliud
pertinet ad legem evangelii secundario
scilicet documenta fidei et
precepta ordinantia affectum

humanum et humanos actus. et
quantum ad hoc lex nova non
iustificaret. Unde apostolus dicit 2 ad
Cor. 3 Littera occidit spiritus
autem vivificat. Et Augustinus exponit
in libro de spiritu et littera quod per
litteram intelligitur quelibet scriptura
extra homines existens etiam moralium
preceptorum qualia continentur
in evangelio. unde etiam littera evangelii
occideret nisi esset interius
gratia fidei sanans. ¶ Ad primum
ergo dicendum quod illa obiectio procedit
de lege nova non quantum ad illud
quod est principale in ipsa sed quantum
ad id quod est secundarium in ipsa
scilicet quantum ad documenta et precepta
exterius homini proposita vel
verbo vel scripto. ¶ Ad 2m dicendum
quod gratia nove legis etsi adiuvet
hominem ad non peccandum non
tamen ita confirmat in bono ut
homo peccare non possit. hoc enim
pertinet ad statum glorie. Et ideo
si aliquis post acceptam gratiam nove
legis peccaverit maiori pena
est dignus tanquam maioribus
beneficiis ingratus et auxilio sibi
dato non utens. Nec tamen propter
hoc dicitur quod lex nova iram operatur.
quia quantum est de se sufficiens
auxilium dat ad non peccandum.
¶ Ad 3m dicendum quod legem novam et ve-
terem deus dedit. sed aliter et ali-
ter. nam legem veterem dedit scriptam
in tabulis carnalibus. ut dicit
apostolus ad Corinth. 3. Unde
sicut Augustinus dicit in libro de spiritu
et littera. litteram istam extra homines
scriptam et ministrationem mortis
et ministrationem damnationis apostolus
appellat. hanc autem scilicet nove
ministrationem

te le ministracionem spiritus et
ministracionem iusticie 2o ex premissis
spiritus opera inministracio et
apparuit nobis dampnacionis libera
mur in perpetuum
Ad 2m sic proceditur videtur quod lex
nova debuit dari a principio
mundi non enim est personarum
acceptio apud deum ut dicitur
ad Ro. 2o Sed omnes homines
peccaverunt et egent gracia dei
ut dicitur Ro. 3 ergo a principio
mundi lex ewangelii dari debuit
ut omnibus per eam subveniretur
Preterea sicut in diversis locis
sunt diversi homines ita eciam
in diversis temporibus Sed deus
qui vult omnes homines salvos
fieri ut dicitur 1 ad Thimoth.
2o mandavit ewangelium predicare
in omnibus locis ut patet Math. ult.
et Mar. ult. ergo omnibus
temporibus debuit adesse lex
ewangelii ita quod a principio mundi
daretur. Preterea magis est
necessaria homini salus spiritualis
que est eterna quam salus corporalis
que est temporalis sed deus a princi
pio mundi providit homini ea
que sunt necessaria ad salutem
corporalem tradens eius potestati
omnia que erant propter ho
minem creata ut patet Gen.
1o ergo et lex nova que
maxime est necessaria ad
salutem spiritualem debuit
hominibus a principio mundi dari
Sed contra est quod apostolus dicit
1 ad Corinth. xv Non
prius quod spirituale sed quod animale
lex nova est maxime spiritualis
ergo lex nova non debuit
a principio dari
Respondeo dicendum quod
triplex racio potest assignari quare
lex nova non debuit dari a
principio mundi
Prima
est quia lex nova sicut dictum
est principaliter est gracia spiritus sancti que ha
bundanter dari non debuit an
tequam impedimentum peccati ab humano
genere tolleretur consummata redemp
cione per Christum Unde dicitur Joh.
vii Nondum erat spiritus datus
quia Ihesus nondum erat glorificatus
et hanc racionem manifeste assignat
apostolus ad Ro. viii ubi postquam
premiserat de spirituali vite lege
subiungit deus filium suum mittens
in similitudinem carnis peccati de pec
cato dampnavit peccatum in carne
ut iusticia legis impleretur in
nobis
Secunda racio potest assignari
ex perfectione legis nove non enim
ad perfectum adducitur statim a
principio Sed quodam temporali suc
cessionis ordine sicut aliquis primus
fit puer et postmodum vir et
hanc racionem assignat apostolus ad
Galat. iii Lex pedagogus noster
fuit in Christo ut ex fide iustificemur
at ubi venit fides iam non
sumus sub pedagogo
Tercia
racio sumitur ex hoc quod lex nova est
lex gracie et ideo primo oportuit
quod homo relinqueretur sibi in statu
veteris legis ut in peccatum cadendo suam
infirmitatem cognoscens recognosceret se gracia egere Et hanc
racionem assignat apostolus ad Ro.
v dicens lex subintravit ut
habundaret delictum Ubi autem
superhabundavit delictum
superhabundavit et gracia Ad primum

Prima racio quare lex nova testamenti non debuit dari a principio mundi

2a racio

3a racio

gal. ordinem. Ex hiis humana genus propter peccatum primi parentis meruit ampliorem amplius gratie. Et in quibus temporibus non dat hoc est communicat quibuscumque aut dat hoc est congrua. ut Augustinus dicit in libro de perfectione iusticie. Unde non est acceptio personarum apud deum quia Christus non omnibus apparuit ante legem quia propositum quod erat debito ordine proponenda ut dictum est. Tercio ad 2m dicendum quod diversitas locorum non variat diversum statum humani generis quam variatur per temporis successionem. Et ideo omnibus locis proponitur lex nova non autem omnibus temporibus licet omni tempore aliquem fuerit ad novum testamentum pertinentes ut supra dictum est. Tercio ad 3m quod ea que pertinent ad salutem corporalem deserviunt homini communiter ad naturam que non tollitur per peccatum sed ea que pertinent ad spiritualem salutem ordinantur ad gratiam que amittitur per peccatum et ideo non est similis ratio.

|| similis

Ad sextum sic proceditur videtur quod lex nova non sit duratura usque ad finem mundi. Quia ut dicit apostolus I ad Cor. xiii. cum venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est. Sed lex nova ex parte est. Dicit enim apostolus ibidem. Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus. Ergo lex nova evacuanda est alio perfectiori statu succedente. Preterea dominus dicit Iohannis xvi promisit discipulis suis cognitionem omnis veritatis in adventu spiritus sancti paracliti. Sed nondum ecclesia omnem veritatem cognoscit in statu novi testamenti. Ergo est expectandus alius status in quo per spiritum sanctum omnis veritas manifestetur. Preterea sicut filius est a patre ita spiritus sanctus a patre et filio. Sed fuit quidam status conveniens persone patris scilicet status veteris legis in quo homines generationi intendebant. Similiter etiam est alius status conveniens persone filii scilicet status nove legis in quo clerici qui intendunt sapientie que appropriatur filio principaliter. Ergo erit tertius status spiritus sancti in quo viri spirituales principabuntur. Preterea dominus dicit Matthei xxiiii. Predicabitur hoc evangelium regni in universo orbe et tunc veniet consummatio. Cum igitur iam diu est evangelium regni sed nondum venit consummatio. videtur quod non sit evangelium christi sed futurum est aliud evangelium spiritus sancti quasi alia lex. Sed contra est quod dominus dicit Matthei xxiiii. Dico vobis quia non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Quod exponit Chrysostomus de generatione fidelium christi. Ergo status fidelium christi manebit usque ad consummationem seculi. Respondeo dicendum quod status mundi variari potest dupliciter. Uno modo secundum diversitatem legis. Et sic huic statui nove legis nullus alius status succedet. Successit enim status nove legis statui veteris legis tamquam perfectior imperfectiori. Nullus autem status presentis vite potest esse perfectior quam status nove legis. Nihil enim potest esse propinquius fini ultimo quam quod immediate in finem ultimum inducit introducit. Hoc autem facit nova lex. Unde apostolus dicit ad Hebr. x. Habentes itaque fratres fiduciam

ergo usque ad finem mundi duraturus

in puteoium sanctorum in sangui
ne christi quam initiauit nobis
viam nouam accedamus ad
eum et tunc potest esse aliquis
perfectior status quam iste quo
status noue legis quia tanto est
vnumquodque perfectius quanto ultimo fini est [margin: perfectius quanto]
propinquius Et ultimo status hominum
variari potest secundum quod homines diuersimode
se habent ad eandem legem vel
perfectius vel minus perfecte Et sic
status noue legis frequenter fuit
immutatus In quibusdam legibus
optime custodiuntur quibusdam
omnino pretermittentur Sicut
et status noue legis diuersificatur
secundum diuersa loca et tempora et personas
magnum spiritus sancti perfectius vel minus
perfecte ab aliquo recipitur non est
tunc expectandum quod sit aliquis sta-
tus futurus in quo perfectius
gratia spiritus sancti habeatur quam
actenus habita fuit maxime
ab apostolis qui primitias spiritus
acceperunt id est et tempore prius
et ceteris habundantius ut glossa
dicit Ro viii Ad primum ergo
dicendum quod sicut dicit dyonisius in
ecclesiastica ierarchia triplex est hominum [margin: ecclesiastica]
status primus quidem veteris legis
secundus noue legis tercius status
succedit non in hac vita
sed in patria Et sicut primus
status est figuralis et imperfectus
respectu status euangelii ita hic
status est figuralis et imperfectus
respectu patrie quo veniente
iste status euacuatur Sicut
ibi dicitur Videmus nunc
per speculum in enigmate
tunc autem facie ad faciem
Ad 2 dicendum quod sicut augustinus
dicit in libro contra faustum montanus
et priscilla posuerunt quod promissio
domini de spiritu sancto dando non
fuit completa in apostolis sed
in eis et similiter manicheus posuit
quod fuit completa in manicheo
quem dicebant spiritum esse paraclitum
Et ideo utrique non recipiebant
actus apostolorum in quibus manifeste
ostenditur quod illa promissio fuit in
apostolis suis completa sicut dominus
iterato promisit actuum i cap
Vnde iohannes spiritu sancto non post multos hos
dies quod impletum est Actuum
ii° Et iste vanitates concluduntur [margin: vanitates]
per hoc quod iohannes vii dicitur nondum
erat spiritus datus quia ihesus
nondum erat glorificatus Ex quo
datur intelligi quod statim glorificato
christo in resurrectione et ascensione
fuit spiritus sanctus datus et per hoc etiam
concluditur quorumcumque vanitas qui
dicunt esse expectandum aliud tempus
spiritus sancti Docuit autem spiritus sanctus apostolos
omnem veritatem de hiis que
pertinent ad veritatem salutis scilicet de [margin: salutis]
credendis et agendis Non
tamen docuit eos de omnibus fu-
turis euentibus hoc enim ad
eos non pertinebat secundum illud actuum
i° Non est vestrum nosse tempora
vel momenta que pater posuit in
sua potestate Ad 3 dicendum quod lex
vetus non solum fuit patris sed
et filii quia christus in vetere lege figura-
batur Vnde dicit iohannes v°
Si crederetis moysi crederetis
forsitan et michi De me enim
ille scripsit Similiter etiam lex noua
non solum est christi sed et spiritus sancti
secundum illud Ro viii lex spiritus vite
in christo ihesu Vnde non est

non est expectanda alia lex
que sit spiritus sancti. Ad 4m dicendum quod cum Christus
statim in principio evangelice predicationis
dixit appropinquavit regnum
celorum, stultissimum est dicere
quod evangelium Christi non sit evangelium
regni. Sed predicatio evangelii Christi potest
intelligi dupliciter. Uno modo quantum
ad divulgationem notitie Christi. Et sic
predicatum fuit evangelium in
universo orbe etiam tempore apostolo-
rum, ut Chrysostomus dicit. Et secundum hoc quod
additur tunc erit consummatio intelligitur
destructio Jerusalem de qua tunc
ad litteram loquebatur. Alio modo potest
intelligi predicatio evangelii in universo
orbe cum pleno effectu, ita scilicet
quod in qualibet gente fundetur
ecclesia. Et ita sicut Augustinus
dicit in epistola ad Esychium
nondum est predicatum evangelium
in universo orbe, sed hoc facto
veniet consummatio mundi.

Consequenter considerandum est de
lege nova ad legem veterem. Et
circa hoc queruntur quatuor.
Primo utrum lex nova sit alia
lex a lege veteri. Secundo utrum lex nova
impleat veterem legem. Tertio utrum
lex nova contineatur in veteri. Quarto que
sit gravior utrum lex nova vel vetus.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod lex
nova non sit alia a lege
veteri. Utraque enim lex
datur fidem dei habentibus quia
sine fide impossibile est placere
deo, ut dicitur Heb. xi. Sed
eadem est fides antiquorum
et modernorum, ut dicitur
in glossa Matth. xxi. Ergo est eadem
lex. Preterea Augustinus dicit in libro contra
Adamantum Manichei discipulum
quod brevis differentia legis et
evangelii est timor et amor. Sed

hec duo nova lex et vetus diversificari
non possunt secundum caritatem et timorem quia etiam
in veteri lege proponuntur precepta ca-
ritatis Levit. xix Diliges
proximum tuum sicut te ipsum, et Deut.
vi Diliges dominum deum
tuum. Similiter etiam diversificari non
possunt per aliam differentiam quam Augustinus
assignat contra Faustum quod vetus testamentum ha-
buit promissa temporalia, novum testamentum
promissa spiritualia et eterna, quia etiam
in novo testamento promittuntur aliqua promis-
sa temporalia, Marc. x accipiet centies
tantum nunc in tempore hoc domos
et fratres etc. Et in veteri testamento sperabantur
promissa spiritualia et eterna, secundum illud
ad Heb. xi Nunc autem melio-
rem patriam appetunt, id est celestem,
quod dicitur de antiquis patribus.
Ergo videtur quod nova lex non sit alia a veteri.

Preterea apostolus videtur distinguere utram-
que legem ad Rom. iii, veterem
legem appellans legem factorum, legem
vero novam appellans legem fidei. Sed
etiam lex vetus fuit fidei secundum illud
Heb. xi Omnes testimonio fidei proba-
ti sunt, quod dicit de patribus veteris le-
gis. Similiter et lex nova est lex factorum.
Dicitur enim Matth. v Benefacite hiis
qui oderunt vos. Et Luc. xxii
Hoc facite in meam commemorationem. Er-
go lex nova non est alia a lege veteri.

Sed contra est quod apostolus dicit ad Heb.
vii Translato sacerdotio necesse
est ut legis translatio fiat. Sed
aliud est sacerdotium novi et veteris
testamenti ut ibidem apostolus probat.
Ergo est et alia lex.

Respondeo dicendum quod sicut supra dictum est omnis
lex ordinat conversationem humanam
ad aliquem finem. Ea autem que or-
dinantur ad finem secundum rationem
finis dupliciter diversificari
possunt.

Quod quia ordinatur ad diversos fines et hec est diversitas speciei maxime si sit finis propinquus. Secundo quod propinque ad finem vel distancia ab ipso
motus (margin) sicut patet quod in morte diversus ... sicut quod ordinatur ad diversos fines
sicut vero quod una per motum propinquior sicut quia alia attendi dicitur in motu sicut perfectum et imperfectum sicut
Due leges distinguntur dupliciter (margin) ... due leges possunt distingui dupliciter. Primo quod sicut diverse ut potest ordinari ad diversos fines sicut id est lex civilis quia est ordinata ad hoc quod populus dominaretur esset specie diversa ab illa lege que esset ad hoc ordinata quod optimates civitatis dominarentur. Secundo due leges distingui possunt sicut quod una propinquius ordinatur ad finem alia vero remocius puta in una et eadem re. Secunda lex imponit pueris perfectis qui statim possunt capere ea que pertinent ad virtutem. Alia lex ... pueros qui sunt ... opera puerorum ... Dicendum ergo quod secundum primum modum lex nova non est alia ab lege veteri quia utriusque
finis (margin) est unus scilicet ut homines subdantur deo. Est autem unus deus et novi et veteris testamenti. Id est Ro. iii. Unus deus est qui iustificat circumcisionem ex fide et preputium per fidem. Secundo lex nova est alia a veteri ... lex vetus est quasi pedagogus puerorum ut apostolus dicit ad Galat. iii. Lex autem nova est lex perfectionis quia est lex caritatis de qua apostolus dicit ad Colos. iii. Quod est vinculum perfectionis.

Ad primum ergo dicendum quod unitas fidei utriusque testamenti attestatur unitati finis. Dictum est enim supra quod obiectum theologicarum virtutum quarum est fides est finis ultimus sed tamen fides habuit alium statum in veteri et novo lege. Nam quod illi credebant futurum nos credimus factum. Ad secundum dicendum quod omnes differentie que assignantur inter novam et veterem legem accipiuntur secundum perfectum et imperfectum. Precepta enim legis cuiuslibet dantur de actibus virtutum. Ad operanda autem opera virtutum aliter inclinantur imperfecti qui nondum habent habitum virtutis et aliter illi qui sunt perfecti habitu virtutis. Illi enim qui nondum habent habitum virtutis inclinantur ad agendum virtutis opera ex aliqua causa extrinseca puta ex comminatione penarum vel ex promissione aliquarum extrinsecarum remunerationum puta honoris vel divitiarum vel alicuius huiusmodi. Et ideo vetus lex que dabatur imperfectis id est nondum consecutis gratiam spiritualem dicebatur lex timoris in quantum inducebat ad observantiam preceptorum per comminationem quarundam penarum et dicitur habere temporalia quedam promissa. Illi autem qui habent virtutem inclinantur ad virtutis opera agenda propter amorem non propter aliquam penam aut remunerationem extrinsecam. Et ideo lex nova cuius principalitas consistit in ipsa spirituali gratia indita cordibus dicitur lex amoris et dicitur habere promissa spiritualia et eterna que sunt obiecta virtutis precipue caritatis et ita per se in ea inclinantur non quasi in extranea sed quasi in propria. Et propter hoc lex vetus dicitur cohibere manum non animum quia qui timore pene ab aliquo peccato abstinet non simpliciter eius voluntas a peccato recedit sicut recedit voluntas eius qui amore iusticie

abstinet a peccato. Et ergo hec lex no-
que est lex amoris dicitur aim cohi-
bebant aut aliq in statu ve. te.
habentes caritatem et graciam sicut qui
prius expectabant promissiones
spirituales et eternas / et si hii perti-
nebant ad legem novam. Sicut ecc
in no. te. sunt aliqui carnales no-
dum pertingentes ad perfectionem ve. no.
le. propter quos eciam oportuit in no. te.
induci ad iusticie opera per timorem
penarum et per aliqua temporalia promissa lex
autem ve. et si precepta caritatis da-
ret / non tamen per eam dabatur spiritus sanctus
per quem effunditur caritas in
cordibus nostris. Ut dicitur Ro. v. c. / Ad
3m dicendum quod sicut supra dictum est lex
no. dicitur lex fidei inquantum eius
principalitas consistit in gratia que
que interius datur credentibus. Unde
dicitur gratia fidei. Habet autem secundario
aliqua facta moralia et sacramentalia
Sed in hiis non consistit principalitas lex
no. sicut principalitas ve. le. in eis
consistebat. Illi autem qui in ve. le.
deo fuerunt accepti per fidem sicut hii
ad no. te. pertinebant non autem
iustificabantur nisi per fidem christi
qui est auctor no. te. Unde et
de moyse dicitur ad hebreos
xi. c. Maiores divicias
estimabat thesauro egiptiorum
improperium christi etc. Ad
H Secundum sic proceditur. Videtur quod lex
no. le. ve. non impleat.
At impletio est contraria eva-
cuationi. Sed lex no. evacu-
at vel excludit observan-
cias le. ve. Dicit enim apostolus
ad Gal. v. Si circumcisione
dicit vobis nichil proderit.
Ergo le. no. non est impletiva
le. ve. Praeterea contrarium non est
impletivum sui. Sed dominus in le. no.
proposuit quedam contraria preceptis ve. le.
Mt. v. Audistis
quia dictum est antiquis quicumque
dimiserit uxorem suam det
illi libellum repudii. Ego autem
dico vobis quod dimiserit uxorem
suam facit eam mechari et idem
quod pertinet ad prohibicionem iuramenti
et eciam in prohibicione talionis et
eciam odio inimicorum. Sicut eciam
videtur dominus reiecisse precepta ve. le.
de discretione ciborum Mt. xv.
Non quod intrat in os coinqui-
nat hominem. Ergo lex no. non
est impletiva ve. Praeterea quicumque
contra legem agit non implet
ornata gemmis aut ornatu huma
natus est obediam dum mandati re
gis quod filius electum ad regi
cubiculum in paradiso qui in cubiculo
ornandam locavit maritum or
natus / preceptum dedit mandans ut se

obedientia ornaret / respondes quod or-
natum in aulam et in consortium
reciperet. Hoc emula eius videns
et invidens tacta dolore cordis
intrinsecus inferiorem sibi in digni-
tate preferri seque gloria et honore pri-
vari / intrantem callide decepit
/ ornatum scilicet prestare obediencie non sibi
prodesse / sed magis obesse retulit
/ ornatum hec acceptum abstulit
dum eam sibi magis quam deo
obedire persuasit. Unde sponsus offensus
quod a se datum ornatum ab-
iecisset / immo emule sue a se
repudiate dedisset de cubiculo
paradisi eam expulit quoniam suam
tam diu interdixit amissum or-
natum ab emula reciperet / et sic
gratiam sponsi et coronam regni
repararet / Hoc autem debuit fieri
viciis et concupiscenciis resistendo
et mandatis dei usque ad mortem
obediendo. Tamen obediencie ornatum
tunc humana natura recepit, cum
Christus obediens patri usque ad mor-
tem fuit. Hoc est obedientiam deo debi-
tam / tam fortis homo solus tenuit
quod nec morte superatus ea dese-
ruit. Tamen ornatum se recepturam
tam fortis sponsi retinuit quem
nullis mortibus aliena eripi po-
tuit. A paradyso igitur expulsa pro
recipiendo ornatu in mundo certa-
bat / quia adhuc nec legem nec
doctorem habebat. Tamen gigan-
tes quasi latrones ab emula
eius immissi / magis in domum
deduxerunt. In manibus portitu-
ra portabitur / quia tempore
opera passionum ecclesie assotiabitur
et multorum viciorum sordibus polluetur.
Cuius miserie sponsus condolens
hostes eius diluvio delevit / ipsam
vero Noe quasi pedagogo cu-
stodiendam tradidit. Qui Noe eam
arche quasi scolis erudiendam
tradidit seu inclusit / in qua inter
munda et inmunda alia pauco numero
delituit. Ibi tamen docta / qui Noe
figuram futuri Christi. Archa vero
typum futuri ecclesie preferret munda
alia erant licite coniugio utentes
in munda illicite se polluentes di-
luvium significat baptismum qui erat perditio
peccatorum, salvatio iustorum. Corvus
de archa egressus et non reversus
hereticum futurum de ecclesia exeuntes
amplius non rediturum. Columba
cum oliva reversa gratiam spiritus sancti ecclesie
in missam vel simplices lapsos
ad penitentiam conversos. Deinde instinctu
emule eius hostes turrim
edificant de superbia eam publice
impugnant / et ab amore sponsi
ad amplexum adulteri i. diaboli
et adulterium ydoli inclinant.
Sed cum laboranti sponsus affuit
linguas hostium dividens confudit
eamque sub custodia Abrahe ami-
ci sui in spiritu commisit. Qui eam
de Mesopotamia educens in terram
promissionis introduxit. In qua
tandem merito possederunt t. bo-
na. Et iterum possidebit semen
t. x. i. a. Ibidem genuit Ysaac
heredem mundi. Ibi didicit quod ab
Ysaac sonat risus iustorum ge-
nium Christi futurum premium omni-
credentium prefigurat et futura quod
de principes eciam exprimeret quod
principatum emule sue in celo
obtineret / et semen Abrahe Christus
sponsus eius foret in quo omnes gen-
tes benedicende essent. Porte
autem minutorum celi loca lapsorum
angelorum in quibus ipsa locanda
esset. Et Ysaac qui dicitur gaudi-
um figuraret eternum gaudium
quod in hereditate perciperet. Mesopo-
tamia vero quod sonat interpreta-
tum fluminis fluxe dimittere
seculi et mundi honores esset de-
bens Christus eciam educeret et in terram
repromissionis vel in paradisum
introduceret. Unde et procurator
Abrahe eandem in Rebecca de
Mesopotamia Ysaac adduxit.
qui eam in coniugium suscepit et
duos filios genuit. Unum qui a pri-
mo dicitur alium qui probatur. Cum Rebecca

a d(omi)no dicit(ur) Due gentes in
utero tuo sunt et duo populi
de utero tuo dividuntur populusque
populum superabit et maior ser-
viet minori. Qui p(er) mutuo
fig(ur)um doctor(um) p(re)cellit qui re-
bellem q(uo)d p(ar)atum sonuit i(d est)
stratum multi xpo passionem
De mesopotamia h(oc) e(st) de fluxis
rebus seculi eductum ad ysaac
quod gaudium i(d est) ad xpm verum
gaudium p(er)duxerit. Duo filii
sunt duo ordines in eccl(es)ia s(cilicet)
clericus qui ad divina officia
b(e)n(e)dicit(ur) laycalis qui ad hoc
officio arcetur. Duo populi sunt
spirituales et carnales in eccl(es)ia.
Regimine carnal(es) maior in
mundo s(er)viet spirituali minori in
mundo. Deinde in lya et rachel
Jacob gaudet(ur). Quar(um) una
secunda altera d(omi)n(u)s filius fuit
demum illum genuit. Qui egipti
a p(ro)ximo fame salvavit. Unde
et salvator mundi dictus e(st) Ja-
cob q(uo)d dicit(ur) luctator vel videns
deum e(st) xpus qui cum dyabolo p(ro)pria
luctamine iniit et vicit. Et fa-
cie(m) deu(m) vidit. Due sorores sunt
due vite in eccl(es)ia activa videlicet
et contemplativa. Activa fecunda
in temporalibus. Contemplativa
sterilis in spiritualibus. Cui tamen
filius erat. Qui mundum a fame
verbi dei salvavit vero salva-
tor mundi. Post hec fame pas-
sus in egiptum ingreditur
et pharaonis s(er)vitute subicit(ur). Cui
calamitate moyses doctor ac
ductor in auxilium mittit(ur). Qui
sanguine agni eum de egip-
to redimit cum spoliis egipti
p(er) mare rubrum educit. Hostes
insequentes submersit. In deserto
divina lege imbuit. Thaberna-
culum de spoliis egipti facit
pane celi et aqua de petra
producta refecit. Terra(m) illos suffi-
cie(n)ter in t(er)ram p(ro)missionis intro-

ducit devictis hostibus terram
eorum in possessionem ei distribuit.
Pharao est dyabolus. Quia famem
verbi dei patris obscure p(ro)phetarum
doctrine erat involvende et adhuc
multis erroribus subigenda
donec verus doctor xpus adve-
nerit. Qui eam sanguine suo
quasi agni immaculati de errore
et potestate dyaboli redimeret. Quam
velut baptismate eam abluit
peccati. quasi hostes in mari obruit
Evangelii doctrina erudivit corpore
et sanguine suo reficit. Scilicet
sapientiam quasi spolia egipti in mari
obruit materia iusticie construit
dum pharaonis contra hostes pugnare
docuit. Terra ad hoc vulgus ihesus
vel salvator in terram repromissionis
et in paradisum introduxit et
hostes eius s(cilicet) demonibus et de
persecutoribus dampnatis mansio-
nes regni celestis cunctis fideli-
bus distribuit. Vel hac quoque
xpo sampson gaze includitur
ab hostibus obsidetur. Sed fractis
foribus et inferni hoste victor
egreditur et montis cacumine oc-
cupit. Sampson qui dicitur sol
est xpus sol iusticie qui propria
eius sepulchro vel inferno includitur
a custodibus obsidetur. Sed portis
inferni ingrediens demones
p(er)cussit. De sepulchro surgens mili-
tes fugiunt celi cacumine pe-
netravit. Hac in exemplo David
in solario deambulans nudam vidit
viri coniugem doluit quo occiso
eam sibi copulavit de qua vas
sapiencie genuit. David qui dicitur desidera-
bilis est xpus totus desiderabilis
Cui in solario celi imperatoris gloria
manens gentilitatem virtutibus et
stola immortalitatis denudatam
vidit dyabolo sociatam. Doluit viros
cui dicit lux dei mei / et sic dyabolum
qui se transfiguravit in angelum lucis
spiritualiter in ydolatria cause p(er)di-
tionis occidit. Ecclesiam sibi sociavit
filios x(ri)ane sapiencie amatores.

genuit Ezra dd omnia ulta mi
stia sponsi et spose s. xpi et eccle
in psalterio decacordo pertinent
et xpus sensu ecclesie appuit
vt intelligerent oia q in lege
et pphs et psalmis de eo scripta
erant Post dauid salemon
hanc in filia pharaonis sibi copu
lauit hanc in regina austri
in templo dni suscipiens multis
muneribus donauit et templum
ipe de tribus materiis s. de sectis
lapidibus de lignis cedrinis de
puro auro edificauit hanc
in parabolis ethycam in ecclesiaste
physicam in canticis theologiam
docuit Salomon quod sonat
pacificus e xpus pax vera
buma in celis et in terris pacificans
qui primitiam ecclesie de egypto ve
nientem q filiam pharaonis s.
in fide copulat ecclesiam de gentibus
venientem q reginam austri
suscipiens sue fidei associauit
quam variis carismatibus dona
uit hanc in templo celi reci
piet et de tribus materiis vz
tribus ordinibus clericorum i. coniuga
tis continentibus virginibus construit
Coniugati quippe in ecclesia sunt
q lapides qui sunt in vi operibus
lucis secti et politi Continentes
vo sunt ut ligna cedrina quorum
opa sunt incorruptibilia Virgines
aut ut aurum purissimum sunt
qui puritate castitatis et vita claritate
fulgescunt hanc multa in parabo
lis locutus est Ut scribitur Ipsa loquebatur
ipsis turbis in parabolis multa
de mansionibus eius disseruit Theo
logicam porciunculam ptulit cum cele
stia docuit Deinde sponsa in babi
loniam captiuatur sed a rege cy
ro cognominatur i. xpo accepta in
tate liberatur et a ihu sacerdote ad
urbem reuocatur Per hoc docetur
q ecclesia in mediis suis in multis
heresibus et varia vicia captiua
ducitur in quibus coram deo et
angelis confunditur sed prudentibus

xpo ihu vero rege et sacerdote
sollicitata et in urbem i. ad ecclesiam
vel ad celestem iherusalem reuertitur Per
hanc machabei usque ad mortem
certauerunt et multis pro ea
sanguinem suum fuderunt Pro
tot et tantos labores post tot
et tantas miserias ipse sponsus
sponsam suam preliis consultatam
visitauit actissimum ornatum
obediencia sua receptam reddidit
baptismate a sordibus abluit
doctrinis variis et signis et exe
mplis vitulum saginatum id est
[stigmatum]
scripturam ad gaudium eius occidit
purpurauit sanguine suo eam ornauit
signo crucis consignauit
paranymphis i. aplis eam commen
dauit ipse per ascensionem in celum
abiit Porro paranymphi suscep
tam signis et variis doctrinis
usque ad ipsam mortem decora
uerunt martyres eorum succes
sores sanguine suo eam illustra
uerunt doctores multis scriptis
eam ornauerunt Post ornatum
sanctissima angelis hanc spon
sam in celestem aulam coronandam
adducent quam in solio glorie col
locatam celsitudinem regum faciet
Et hoc magno opere notandum
quam multis malis eam tyranni
et emuli eius sepe temptauerunt
quot modis quot dolis quot
insidiis et artibus eam ab amore
sponsi auertere conati sunt ut va
luerunt ut pauca de pluribus
replicem primus signiferum
eius Abel inuidiose strauerunt
Patriarchas variis modis affli
xerunt Joseph alumnum eius fratres
venditum carceri mendacem
incluserunt ipsam in egypto per
materiam variis cruciatibus
per pharaonem et populum eius afflixerunt
filios eius crudeliter necauerunt
de egypto egredientem consiliis
et armis impiorum impugna
uerunt inter regnum [illegible]

potum subuenientibus et regi
bus multis bellum vexauerit
prophetas eius diuersis penis oc
ciderunt machabeos crudeliter
lacerauerunt sub apostolis et eorum
successoribus omnia inaudita et ex
quisitis et inauditis per
iudeos et gentiles distraxerunt
mille mortibus necauerunt
Deinde per hereticos falso dogma
te per falsos christianos simula
tione vnicuique vexauerunt Et in hiis
omnibus eis non preualuerunt Ad
hoc sub antichristo eorum duce omnibus
vitiis temptationum insurgunt
vt eam ab amore sponsi auertant
ut proximum eorum perdant
Sed nichil preualebunt quia ipsa
eternam gloriam preparat ipsi vero
eternum supplicium pro inuidia su
stinebunt Hanc ad hoc puellam
ante legem patriarche figuris de
christo conceperunt adultam sub
lege prophete scripturis adholescen
tem informauerunt Hanc nubi
lem sub gratia signis doctrinis va
riis et exemplis ornauerunt Hanc
ad hoc chorus angelorum in leti
cia et exultatione adducet in
templum regis quia rex glorie
gloria et honore coronabit et in
thalamo gaudii sibi copula
bit quia ei seipsum vt est patri
coequalis manifestabit Huius
sponse etatum interuectio per diuersa
seculi tempora distinguitur Infancia
eius fuit ab adam vsque ad noe
Eius puericia a noe usque ad
abraham Eius adolescencia
ab abraham vsque ad dauid
Iuuentus eius a dauid vsque ad
captiuitatem babilonis Eius
senectus a captiuitate babilonis
vsque ad christum Eius decrepita
a christo vsque ad finem mundi De hiis
actibus de hiis etatibus de hiis
temporibus talis sponse contexitur
liber huius scripture Ve. hic pretendi-

quia filia babilonis hic in comitatu
apostolos martires confessores virgines et
omnes electos attentione quod dix
imus Ve filius dei est iste vsque
ad heliam et enoch Omnium
vero hic in comitatu omnes qui
sub predicatione helye et sub persecu
tione antichristi per totum orbem
sanguinem fuderunt vt fide
christi obedirent Mandragora at
hic in comitatu omnes qui post morte
antichristi per totum orbem ad penitentiam
conuersi fuerunt Aliis vtiliter pu
blicis ad ipsam litteram attendimus
Cum accessus tibi 3 Filius regis
illum desponsauit & filiam regis
babilonis premittens nuncios
Quibus illa inquit Quis 3 dominus
vester At illi Dominus noster 3 rex regum
et dominus dominantium rex glorie et prin
ceps pacis Et illa Est pulcher At
illi Cuius pulchritudinem sol et luna
mirantur quia est speciosus forma
pre filiis hominum et totus desiderabi
lis In quem angeli desiderant
prospicere At illa Est potens At
illi Potestas eius a mari usque ad
mare At illa Est diues At illi
Glorie et diuicie in domo eius
et torrentes voluptatis Et illa
honoratur muneribus At illi Reges
tharsis et insule munera offerent reges arabum
et saba dona adducent Et illa Que est
eius seruitus At illi Omnes gentes
seruient ei At illa Que est laus
eius At illi Omnes gentes magni
ficant eum Hiis auditis inquit
Ipse dominus meus veniat et osculetur
me osculo oris sui et loquatur
michi que sibi placeant Et
faciam voluntatem eius Rex
celestis urbis est deus cuius filius est
christus Rex babilonis huius mundi est
dyabolus vt scribitur Princeps huius
mundi iudicatus est Huius filia fuit
humana natura imitatione peccati sed
quatuor quippe modis dicitur pater
in scripturis duobus generatione
et duobus imitatione Generacione

dicitur adam per superbiam genus et abraham per ysaac imitacione dicitur deus per iusticiam ut ibi Estote perfecti ut sitis filii patris vestri qui in celis est Item imitacione dicitur dyabolus per malorum Ut ibi vos ex patre dyabolo estis Hinc multitudo in malo humana natura facta est eius filia hanc filius dei desponsavit dum patriarchis in notuit quia humanam naturam in se assumere disposuit Item nuncios premisit dilectam per prophetas hoc humanum generi nunciare voluit Cui quasi prestita sunt dona gloriam regni eius et potenciam et alia insignia in mundo promissa sunt Sed duobus modis sponsa Christo accipitur scilicet humana natura quam accepit et ecclesia quam sibi incorporavit Humana quippe natura ei impressit dona eterne maiestatis in divinitatem assumpsit Ecclesia adhuc ei iubet dona cum in specie totam regni recipiet Hec autem in duo est in duas partes dividitur scilicet in synagogam et gentilitatem Ad istam prophete sunt intimatores ad illam vero apostoli sunt missi Sed de hiis duabus est una sponsa videlicet katholica ecclesia Christo per nuncios adiuncta que ei per sanguinem est nupta Hec igitur sponsa adventum sponsi desiderans dicit osee legitur etc Osculum dicitur cum oris porrectum scilicet primo

Osculetur me osculo oris sui Ac si diceret mittere nuncios Cum totiens me salutant per vos qui tot precepta michi mandant per vos ipse veniat et suo osculo me salutet et proprio ore voluntatem suam michi aperiat Sacra scriptura quatuor modis intelligitur scilicet hystorice allegorice tropologice anagogice Quod principium proposicionum patrum in thabernaculo exprimitur quod quatuor pedibus fulcitur Thabernaculum est ecclesia in qua Christus militat Mense presentis scripturam in qua est proposicio panum id est refectio animarum quatuor pedes sunt sacre pagine exposiciones videlicet hystoria videlicet cum res sicut est gesta narratur Allegoria cum de Christo et ecclesia res exprimuntur Tropologia cum ad mores et animum refertur Anagogice cum de superna vita intelligitur Est igitur hystoria hec filia pharaonis salomonem coniugenda audit nunciis eius amore devicta Nolo per vos nuncios ultimus salutari Ipse salomon osculetur me osculo oris sui Allegorice vero sic Salomon est Christus filia pharaonis ecclesia Hec intimatores id est prophetas audit dicentes Cum multum diu per verbum oris me osculati sunt consolando et pacem promittendo Ipse tandem osculetur me osculo oris sui Quem totiens promisit per prophetas tandem adveniens instruet et presencia sua me osculetur Et proprio ore pacem olim amissam michi redditurum loquatur Osculum dicitur cum oris porrectum Per osculum quippe pax per os verbum patris id est filius intelligitur Deus quasi ab alieno ore osculatus est sponsam quando olim multipharie multisque modis locutus est deus patribus in prophetis Quasi proprio ore osculatus est eam qui novissime diebus istis locutus est ei in filio dicens Pax vobis Quod est dicere pacem et gaudium quod in paradyso perdidistis amisistis per filium meum vobis iam redditum noveritis Humanum enim genus propter inobedienciam de paradyso expulsum est perdidit pacem et gaudium de humano genere primitus quo erant abel et alii iusti usque ad abraham deinde patriarche usque ad moysen ab hoc prophete usque

ad Johannem baptistam prudentes
in spiritu et habitu patrem proprium
redditum optulit cuius tamen
interuenit Sequitur mox eo
nato angeli intimauerunt pacem
redditam dicentes pax hominibus
bone voluntatis / dicit ergo sponsa
Osculetur me osculo oris sui / Ac si aperte
dicat Sponsus meus qui me de
paradyso propter amissum ornatum
offensum expulit et gratiam suam
michi interdixit ipse michi iam
post assumptam carnem iungitur
et priorem in ornatu et deliciis
patris reddatur in osculo eius
tam arctum iungitur / et prius separatur
sociatur ita sponsus petrinus est
etiam quidem et cum eius diuini
tatis proprium est sociata Pro tractu
est tamen amor proximi per
tractum aut prius dilectio dei
exprimitur / per hoc christus ecclesie eo
iungitur Tropologya autem est
hic fidelis anima sponsa christi co
gitans, vbi fuit / vbi erit / vbi
sit / vbi non sit. scilicet quod in origi
nali et actuali peccato fuit / quod
interueniente iudicio erit dei / quod
in vanitatibus seculi sit quod in
eterna beatitudine adhuc non sit
gemens et tremens dicit Oscu
letur me osculo oris sui Ac si dicat Ille
qui in mea carne in dextera
patris sedet meus aduocatus
iustus iudex me deprecans dole
tem / de venditio suo tuncetiam vi
sitando osculetur / et signo et
pace amicicie quam pro eo
penitentibus promisit me con
soletur / Anagogice vero sic
Ecclesia hic peregrinans / et ad illam
patriam suspirans dicit Osculetur
me osculo oris sui Quasi dicat Ille
qui michi in scripturis loquitur
et gaudia eterna repromittit /
ipse aliquando presencialiter in iudicio
apparuit et pacis gaudia pro
ore retribuet dicendo Venite

benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab
origine mundi Quia vero Salomon ab
scriptura loquitur ut maior effectus
exprimatur Scriptura huius libri
dicitur dragma / quod est amatoria
cantilena que ab amatoribus
canitur absque personis / Vnde et illo
carmine dicitur dragmaticon / vbi di
uerse persone introducuntur que etiam
nominantur / sicut in hoc libro / a
diuersis personis absque nomine lau
des canuntur / Canticis sponse
prescripta Sequitur canticum sponsi
Quia meliora sunt vbera tua
vino fragrantia vnguentis optimis hoc hystorice
sic intelligitur Salomon filiam
pharaonis ad se venientem osculosu
scipiens dixit Tu desiderasti
osculum meum / et ego osculor
te frui vberibus tuis / quia
meliora sunt vbera tua vino fra
grantia vnguentis optimis quod est dicere magis
volo vberibus tuis perfrui / quam
vino inebriari vel optimis vn
gentis deliciari / Allegorice autem
exponitur sic / Sponsus in terrenis
adueniens dicit sponse / Tu peti
sti a me osculari / ego presencia
mea osculor te / hoc est dulce
mea tangam te / et pacem amis
sam reddam tibi / fide et dilectione
iungam tibi et pares in filios
regni patris coheredes / quos vbe
ribus tuis lactabis Quia meliora
sunt vbera tua vino optimo Et hic liber
spiritualis est / et spiritualiter spiritualibus
in corpore positis per similitudinem
corporum loquitur Tota ecclesia est
quasi vnum corpus / cuius caput est
christus / caput autem christi deus / Membra
vero huius corporis sunt diuisi in certa
ordines / Vt putta oculi sunt docto
res / vt apostoli / Aures obedientes
vt monachi / Nares discreti vt
magistri / Os bona loquentes vt presbi
teri / Manus alios defendentes
vt milites / Pedes alios pascendo
portantes vt rustici dicente apostolo
Ipse dedit quosdam apostolos quosdam
prophetas / alios pastores / alios doc
tores in edificationem corporis christi

Ecclesie thema verba sunt duo testamenta de quibus iudeos ait lac doctrine sumunt / sicut parvuli lac de uberibus matris sugunt. Vinum autem quod inflat vel bibentes inebriat / est secularis sapientia / que se sugentes delectat et inflat ut dyaletica. Sciencia quippe secularis inflat / caritas vero sacra similis edificat dicit gregorius. Meliora sunt u-bera tua vino. Vel doctrina de duobus testamentis tuis videlicet uberibus prolata qua filios tuos in fide parvulos lactas et nutris / melior est hoc est michi placens / quam doctrina philosophorum quam vini dicunt doctrinis. Secundum dicit meliora probat etiam illa esse bona / quia utilia liberales artes quippe sunt utiles / quia sunt instrumenta sacre scripture ut malleus fabro, arma militi. Sed tamen meliora sunt sacre scripture testimonia prout rectis prolata. Fragrantia unguentis optimis. Vel redolent sancti spiritus donis. Bonum unguentum adlinitum est quod de agrestibus herbis confectum / potiora vulnera sanat. Melius unguentum quod de melioribus speciebus factum interiora morbum sanat. Optimum unguentum est quod de preciosis speciebus constituitur denarios comportans intus dolores fugat et corpus a putredine sanat ut illud Marie in ewangelio quod super caput fudit. Ad spiritualem autem sensum bonum unguentum est oleum infirmorum quo infirmi unguntur in ecclesia. Melius unguentum oleum sanctum quo reges et sacerdotes unguntur. Optimum unguentum crisma quo episcopi reges et sacerdotes christi unguntur. Tropologice vero bonum unguentum est lex naturalis quod in ipso viri alii ut fecerunt per quam placuit Abel et Enoch et alii. Melius unguentum lex scripta. Ut non occides etc. Optimum unguentum sicut dicit: Ut nolo mortem peccatoris / sed ut magis convertatur et vivat. Allegorice autem bonum unguentum est remissio peccatorum in baptismo. Post sanctis melius unguentum bona vita post baptismum per gratiam sancti spiritus ut sobrie et pie et iuste vivamus in hoc seculo. Optimum unguentum septem dona spiritus sancti, scilicet spiritus sapientie et intellectus etc. Ubera lacte doctrine fragrantia ubera matris ecclesie. Tropologice autem sic de anima accipitur. Hec iudicium timens et patrem iudicem peccati dicit sponsus. Anima pulsando osculo pacis anime posuus / ego osculabor te peccata remittendo et pacem beate vite tribuendo. Anima meliora sunt ubera tua vino fragrantia unguentis optimis. Duo homines leguntur interior et exterior. Exterior constat ex tribus videlicet sensu, corpore et vita. In sensu exterior. Interior quoque constat in tribus videlicet in sensu interiori in ratione et intellectu. Corpus constat ex quatuor elementis: terra, aqua, aere, igne. Et hoc habemus cum lapidibus. Vita est vis anime que vivificat corpus et hanc habemus cum herbis et arboribus. Sensus est vis anime que corpus animatum sensificat et hunc habemus cum bestiis et omnibus animantibus. Sensus est quinque partitus scilicet visus, auditus, odoratus, gustus et tactus. Visu quippe colores, auditu sonos, odoratu odores, gustu sapores, tactu dura et mollia discernimus. Sensus interior est vis anime quo preterita presentia et futura ymaginamur. Ratio est vis anime qua ymaginationum genera et species discernimus. Intellectus est vis anime quo incorporea ut est deus et sapientia intelligimus. In hiis tribus constat interior homo / quo nichil habemus cum bestiis. Habemus in hoc ymaginem dei. Comprimitur et hinc spiritus sanctus in scripturis loquitur. Hoc autem differt inter ymaginem et similitudinem quia ymago est in essentia nature

Similitudo vero in imitacione
boni vel mali ymagine dei na
turaliter here(n)mus Similitudine
peccando pdidimus Sicut g(ener)o ex
terior ho(mo) h(abe)t sua membra sibi
congrua Ita interior ho(mo) habet sua
membra sibi convenientia Eius
itaque vbera sunt scriptura sacra
quibus sic indoctos pascit vt
mater vberibus filios lactat
Vinum autem mentem suavitates est
cum potiori quia fratribus mi
nistrat et caritas conformat sol
licita est Sed meliora sunt v(bera) eius vi
Quia magis deo placet doctrina
qua indoctos ad virtutes informat
quam cum qua caritas conformat
Hec verba optime ingentibus
flagitant quod scriptura sacra que
indoctos lactat donis spiritus sancti
exuberant Anagogice sic ex
ponitur sic Ecclesie ad supernam patriam
suspiranti dicit Christus per filium sentencias
Quia vultum patris mei toto
ope desiderans et osculum ve
racis amice in terris postulas
Ergo te osculabor id est eternam pacem
tibi cum angelis dabo et me
ipsum tibi verum patrem manifesta
bo Quia meliora sunt v(bera) tua vino scilicet
Que ecclesie sunt vbera duo karitatis
precepta quibus filios suos ad acti
ua et contemplatiua vita infor
mat ne malum pro malo alicui
sed bonum reddant Vinum autem
est legalis austeritas que precepit
osculum pro oculo et dentem pro dente
reddi et qui occiderit occidi
Sed vbera ecclesie meliora sunt vino Quia
clemencia karitatis magis deo
placet quam severitas legalis
Hec verba sunt flagitii vino opti
Quia precepta karitatis redo
lent plena sancti spiritus donis
Vox sponse Oleum effusum
nomen tuum id est ideo dicitur Christus
apertus missus venit ad sponsam
vncturus vt et sponsam vngerit suo

hystoria intelligitur quod filia pha
raonis salomonem osculatus
sensit odorem olei ex vnccione
regali et dixit Oleum effusum
nomen tuum hoc est sic caput tuum
ex oleo vnccionibus effuso redolet
Ita fama regalis nominis tui vel
pacis vbique refulget Ideo iuuen
tule diligunt te Quod si in re
ita non fuit quod cum ita esse potuit
vtique in signo fuit ut prius allegatum
vero postquam Christus sponsus postulatum sponse
verba sponse ad celum vos filios vn
gentes replevit hic est Postquam
Christus incarnacionem suam dona
spiritus sancti ad docendos populos super
terram effudit Illa ex multis
dicit Oleum effusum nomen tuum
Oleum dum in vase latet non
redolet effusum vero bene olet
Sic Christus dum in sinu patris
latuit quasi nullum odorem dedit
Dum vero effusus in terrene ap
paruit eius cognicio in toto
mundo innotuit Nomen eius Christus
quod est vnctus qui olim in syna
goga latuit vbi soli reges et
sacerdotes oleo vngebantur Et
tunc in iudea notus erat deus Hoc
nunc in ecclesia effusum est sup
omne genus hominum quod oleo et
crismate in regnum et sacerdotium
Christi inunguntur Vnde a Christo christiani
dicuntur Et hoc nomen nunc a
solis ortu vsque ad occasum lauda
bitur quia dum ecclesia Christi suscre
pit per verba fidelium vbique accumulat
que laude susceptori suo canit
Vnde scribitur dicit gloriosus Oleum effu
sum nomen tuum quasi diceret Sicut oleum effu
sum bene redolet sic fama
nominis incarnati vbique refulget
Oleum licet sit insignia Oleum
enim dicitur cura et oleum est signum
pacis et fouet infirmos et sanat
vulnera lumine lucernis ministrat
et omnibus liquoribus supereminet
net hoc Christum significat qui est
vera vnccio et pax vera qui nos
infirmos pro delicto fouit vulnera

pectora pressura volucra curent pigros
et uinculis lunne pbunt oibus
sanctis sup eminet. Dum sponsa
sponsi osculis fruitur adolescen
tulis thorum ingredi et delicijs
frui. Ideo adolescentule dilexerunt te
anime fidelium fide et dilectione
obsecuntur tibi Jhesus. Tropologice
Alt fidelis anima nomen suum vt oleum
effudit. dum famam bone actionis
quasi bonum odorem proximis p
omnibus diffudit. Hoc nomen quasi
in vase latet dum ullum bonum
opus coram proximis lucet. Hoc
precipitur. Luceat lux vestra coram ho. vt
videant opera vestra bona etc. Hanc animam
adolescentule diligunt quia fideles anime
eam in bonis imitantur. Iuxta
anagogen vero eterne ad celestia an
helantium nomen vt oleum effunditur
quando pro odore et luce bonorum operum
in celum sic vt recipitur. Vnde
sancti et angeli diligunt. Que in ecclesia
tum ea de oleo exultant in Christo
et spiritu sancto exultabunt. Et hoc
nomen nunc quasi oleum in vase latet
quam diu ipsa in hoc mundo peregrina
manet. Ad hoc subiungit Vox
sponse. Trahe me post te. Hic
subintelligitur quod salomon postquam
filiam pharaonis osculo concepit
in domum quam sibi edificauit
ascendit. Sponsa eum comitari
voluit et non valuit. Et ita dixit
Trahe me post te. Subiungit adole
scentule scilicet puelle eius. Trahe me
post te. Curremus in odore vnguentorum tuorum
hoc est nos post te curremus
quo odore vnguentorum tuorum senserimus
unguentorum. Illud allegorice legitur
videlicet terre vbi nobiles femine
solent se vngento fricare et adhi
bere quorum odoramine magis
possint placere maritis ut de
Hester et Judith legitur. Allegorice
igitur postquam Christus nomen effundit
sup oliue genus humanum fudit
et odore olei spiritus sancti adolescentule

tulis id est fideles anime ad amorem
suum attraxit. Per durum viam
transiens est in celum. Pauce post
ea sue dulcedinis gustum. Que
illa per eandem viam sequi voles
non valens clamat. Trahe me
post te. quod est dicere Da vires
posse tua vestigia per hanc viam
sequi per quam ad gloriam processi
sti. Via duriusquam est passiones nullis
non appeti. et asperam eo patiet
pati. Per hanc viam ipse id est Christus
est ad gloriam. Cum eum iudei vel
lent regem constituere fugit. Cum
vellent eum crucifigere vltro se
optulit. Hec via licet sit dura
carnalibus tamen suauis est spiritua
libus. Per hanc viam sequentibus
iter precepit dicens. Si quis vult
venire post me. abneget semetipsum
et tollat crucem et sequatur me. id est imitetur
me. Per hanc viam nemo gra
ditur nisi trahetur. Vt scriptum est
Nemo venit ad me nisi pater
traxerit eum. Deus enim nos
ad se duobus modis trahit
et duobus modis impellit. Nota nos trahit ad se duobus modis et duobus impellit
Trahit nos promissionibus dul
cedinis superne patrie. Impellit
nos minis ignis iehenne.
Trahit nos quoque diuersis preis
impellit nos varijs flagellis.
Sic moyses traxit populum promittendo
regni diuicias pharaonem impullit
diuersis verberibus. Quosdam deus
trahit nolentes cum eos gratia sua
preuenit inspirando vt bonum ve
lint volentes inspirantur iuuando
vt bonum possint. Ergo gratia est
cum preuenit vt velimus. donum
est cum iuuat ut possimus arbi
trium vtrumque sequi velimus. libertas
tas si sponte sequimur. Captiuitas
si sequi abnuimus. Tropologice
fidelis anima bonum volens et
perficere non valens clamat Deo.
Trahe me post te. Hoc est fragili
tas si sequentes relabimur. Arbi
trium si sequendo non deficimus
Et hoc non nobis sed gratie ascribimus

Vestigia ad te qui es via
veritas et vita veniam Nullus
enim homo ad primam conditionem nisi
peregrinum tribulationem Anagogice anima
peregrinans supernam appetens
et per se ipsam non valens clamat
Trahe me post te de hoc mundo
ad celestem gloriam ut te in illa
facie ad faciem videam quia
nullus ad illam per se venire po
terit nisi gratia et dextera dei illa
traxerit. Post adolescentularum
Curremus modo vn tu. Est
in fide et ope perfecta scilicet sponsa
digna connubio et in thalamo
glorie collocanda sponsi aut ad
hoc in contemplativa vita di
cuntur amici sponsi in activa
vita amici Ad hoc autem videns
in fide dicuntur adolescentule hii
omnes dicunt post te perfectus in
certis Curremus modo vn tuorum
hoc est precedentem omnes vn
dum faciendo et docendo et omnes
sequemur odorem vnguentorum tuorum i. imitemur
exempla operum tuorum. Vngenta sponse
ecclesie ut superius dictum est sunt
varia spiritus sancti karismata Odor
vnguentorum fama bonorum operum
procedens quod dicitur Curremus in odore
inuenit festinandum ad virtutem
dum tempus habemus Ut scriptum est
Vt nos teneamus Tropologice Quando ad
Tropologiam refertur Cum videt
lapsum aliquem per se consilium di
cunt Curremus modo vn tu
hoc est nos imitabimur tuum
exemplum Anagogice autem
sit Cum feruentes amorem
celestis regni dicunt ecclesie ad
supernum festinanti Nos cur
remus post te de virtute in virtutem
in odorem vnguentorum Vox
sponse Introduxit me rex
in cellaria sua Tradunt hebrei
quod Salomon hunc librum in honorem
filie pharaonis fecerit cum et incompara
bilem domum edificauit Iuxta
sensum historiam postquam eam
introduxit thesaurum suum ei
ostendit et de cellariis varia
pocula obtulit Cellarium enim

dicitur quod celans vinum Cum ado
lescentule cantant ab ea potate
Exultabimus et letabimur in te hoc est co
gaudentes honori tuo Memores
vberum tuorum super vinum i. in memo
ria huius regis dictum Meliora
sunt vbera tua vino hoc est michi
magis placet quam vinum et quia
regi places Recti diligunt te i.
omnes boni tibi congaudent sed
mali inuident. Secundum allegoriam
autem est a christo per gratiam in spiritualem
scripturam tradidit tractat dicit
Introduxit me rex in cellaria sua Cella
ria in quibus varii potus fuerant
sunt libri sacre scripture de quibus
varie sancte scientiis iustitiam
propinant Cum enim lectio de Joseph
legitur quasi poculum castitatis dul
cedinis porrigitur Cum vero de Judith
scriptura recitatur quasi poculum
castitatis propinatur In hoc cella
ria rex sponsam introduxit quia
sensum aperuit ut intelligeret
scripturas. Christus autem ipse se rex
vocat dicit ego quasi filius vni
genitus a patre perficiar ut scriptum
est ego autem constitutus rex ab eo
et iterum ad pilatum cum dicis Rex
ego sum ego sum Data est michi
omnis potestas in celo et in terra In
ipse est constitutus a deo iudex vi
uorum et mortuorum hic solus
rex in scripturis introducere qui
solus potest septem signacula
libri soluere Nunc cantat cum iocun
ditate Natiuitatis passionis resur
rectionis et ascensionis futurum
iudicium Adolescentule dicunt
sponse Nos potando fecisti exul
tare et letari Ideo exultemus et
letamur in te Exultabimus i. corde
i. scilicet operando ea que prospera sunt
vigiliis ieiuniis elemosinis Et
letabimur in te scilicet operando que
quotidiana sunt Regendo orando pre
dicando Et hoc in te quia hec
opera non valent nisi in catholica
ecclesia Memores vberum tuorum hoc est
in memoria huius doctrinam utriusque
legis que sunt vbera tua quia inde
sugimus et duo in scitate et iustitia
sciencie Et hoc super vinum i. super

scelarem scripturam que docet nos
laud(ando) honorem querere et terrenas
divicias congregare. Ideo recti
diligunt te. Anima qui de corpo(re)
recta scripture doctrinam tuam dili
gunt. Secundum mortalitatem mo
ralitatem vero cum quis de se
culari vita ad spiritualem conversionem
venit Gaudebimus etc. Introduxit
me rex in cellaria sua. Claustra
quippe sunt quasi quedam cellaria
in quibus sunt multe consolacionis
pocula. Dum enim conversis vite
sanctorum leguntur, quasi quedam
pocula iusticie spiritualibus pro
feruntur. Omnibus claustralibus
quasi Gaudebit et letabitur inte hoc
est corpore et anima congratulamur
de bona conversacione. Memores ubi
tu i. scripture et sacre studii super
i. scilicet vinum. Et ideo recti dilite
i. quamvis penitentes imitantur
te. Secundum altiorem sensum
sancti iam in celo recepti gratu
lando etc. Introduxit me rex in
cellaria sua. hoc est in commode glorie
gaudia ubi qui esuriunt et siti
unt iusticiam saturabuntur et
inebriabuntur ab ubertate domus tue
et torrente voluptatis tue potabis eos. Cum
sancti in gloria congaudentes cantant
Gaudebimus et letabimur inte hoc est
pro omni congratulamur glorie tue.
Memores ubera tua genitrice dileccionis
qua filios imbuisti super vinum
hoc est super legalem observanciam
de qua eos prohibuisti. Ideo recta
diligunt te i. sancti angeli dili
gunt te. Vox sponse. Nigra
sum sed formosa i.e. hic adlonum
datur intelligi quod nobiles femine
in ierusalem ad reginam cum muneribus
venerunt et ex fusca visa illam
despexerunt, quibus ipsa dixit.
Filie ierusalem. Et ego sum nigra
tamen sum formosa. Nigra ut
tabernacula cedar, formosa ut
pellis salomonis. Nolite me
considerare quod fusca sim, quia mitum
decoloravit me sol. Et eciam
timor me denigravit, quia
filii matris mee pugnaverunt

contra me. Hoc est fratres mei pu
gnaverunt ante oculos meos contra
hostes. Et interim posuerunt
me custodem in vineis ubi a
sole fuscata sum. Vineam
meam propter umbre non custodivi
hoc est a sole me non servavi
hoc usque nunc ita non fuit non
multum curavit eum mistice
res hic intelliguntur ad spiritualem
quippe intelligenciam. Ecclesia
in cellaria sacre scripture per
christum introducta quod bibit hic
aliis predicando eructavit. Unde
mox persecucionem incurrit
infidelium. Anima in gentes infid(eles)
inspecta bonis proscribi et convitiori
diversis penis cruciari quam
adeo delictum despexerit et
vitam eius inspiciamus sine vo
sine honore estimaverit. Nos
ipsa docet se talia propter sponsum pote
pati et propter se interiori hoc est
ad gloriam ornari dicens. Nigra
sum sed formosa i.e. sic tabernacula cedar
sic pellis salomonis. Ierusalem quod
sonat visio pacis superna pa
tria intelligitur in qua eterna
pax christi videbitur. Huius filie
sunt fideles que in celesti ierusalem
regnaturi. Formosa dicitur
forma operis i. odiosa propter formam
fforum quippe est ferrum in
igne candens. Unde dicitur formo
sa i. rubeo rose et lacteo lilii
candore splendidi. Ideo dicitur
sancta formosa, quia in igne
tribulacionis excocta martiribus
rubescit, albescit virginibus.
Cedar fuit filius hismahel
filii abrahe tanto odio omnibus
suis habitus ut nullo loco esset
securus, sed semper tabernacula
mutaret, que sole et tempestate
nimis nigre essent. Cedar ipa
genus cedar dicitur hodie hec
nigra tabernacula nigris ex
coriis contexta cooperta interius
albis lintheis contenta. Cedar
quod dicitur tenebre vel nigredo
significat peccatores nigros in peccatis
ad eternas tenebras tendentes

Hoc nigra tabernacula mala
actiones signant in quibus quasi
tabernaculis nigris fetentibus omnibus
odiosi habitant. Salomon qui
domini fecit templum archa domini
pellibus rubricatis exterius
cooperuit sole et tempestate de
nigratis, vel auro et gemmis intus
ornatis. Salomon quod dicitur
pacificus est Christus, cuius pellis
id est caro erat proprio sanguine
rubricata / sputis flagellis etc.
denigrata. Interius auro et
gemmis id est sapientia et signis orna
ta. Hac pelle archa tegebatur
quia carne Christi deitas velabatur.
Hec pellis fuit ecclesia que
exterius sanguine passionis ru
bricata a persecutoribus iudei de
nigrata interius gemmis virtu
tum ornata. Dicit ergo ecclesia ipsa
ad illos persecutores: Ego quidem sum nigra
quia tamen modo propter passiones
quas sustineo despecta sum sicut
tabernacula cedar, hoc est quasi sum
de furibus et latronibus nigris
in peccatis, sed tamen formosa sum
sicut pellis salomonis, quia per Christum
Christi ornata sum virtutibus. Ecclesia
siquidem olim a contribulibus suis
tanto odio est habita ut nullus ei
locus tutus manendi esset, sed
de civitate in civitatem fugiens
migraret. Unde multi scandali
zati sunt qui christianos miserabi
liores omnibus hominibus reputa
verunt, quibus dicitur: Nolite me
considerare quod decoloravit me sol. Quod
est dicere: Nolite attendere penam
propter quam modo despecta sum,
sed attendite causam propter quam susti
neo penam, quia non pro furto
nec pro aliquo crimine sed pro Christo
hanc patior qui est sol iusticie,
qui sol decoloravit me, id est cum
ardoris amor me modo obscura
vit. Per solem aliquando Christus,
aliquando persecutio accipitur: Christus
propter splendorem, persecutio propter
fervorem. Cum sol iusticie me
illuminavit tunc sol persecutionis
me obscuravit. Quia ipsi
filii matris mee pugnaverunt
contra me. Non quod filia phils

hic loquitur, scilicet ecclesia de egypto educ
ta sub apostolis ad Christum collecta cuius
mater erat synagoga, cuius
filii iudei qui ecclesiam multis modis
impugnaverunt. Christum occiderunt
Stephanum lapidaverunt utrumque
Jacobum interfecerunt, alios flagel
laverunt, alios persecuti sunt. Po
suerunt me custodem in vineis
quia ecclesiam de finibus suis
expulerunt me omnibus ecclesiis pre
fecerunt dico quia causa perfidie
dei contriverunt. Vineam meam
non custodivi. Hoc est primitivam
ecclesiam in iudea non licuit mihi
custodire. Ecclesia persimilis dicitur vinee
Quia sicut vinea foris est arida
intus florida, sic ecclesia in exterio
ribus est arida in interioribus
florida. Insuper Christus est vitis
vera, apostoli palmites, per vite
frutices operum omnes electi.
Admonitionem autem sensum. Cum
fidelis aliquis in sancta conversatione de
specto cultu et humili habitu utitur
a carnalibus amicis et cognatis
despicitur. Quibus dicitur: Vos amici
ti mei vultis esse filie ... id est ecce
ubi nigra id est despecta propter contemptum
mundi appareo. Et reputatis me
sicut tabernacula cedar, id est sicut
ypocritas qui veniunt in vestimentis
ovium intrinsecus autem sunt lupi
rapaces. Qui sunt habitacula te
nebrarum scilicet demonum, sed in oculis
domini sum formosa sicut pellis
salomonis, videlicet instar car
nis Christi exterius ieiuniis et vigi
liis macerati interius virtutibus
decorati. Sicut enim est pellis
mortui animalis, sic ego morti
ficatus in viciis. Et ideo sed habitu
cultum vero in pacificate adeo
non carnalis. Nolite me conside
rare quod fusca sum in vili habitu, sed at
tendite quod hic causa veri solis
Christi subivi, qui cum esset dives
propter me pauper factus est ut me
similem faceret. Qui me decoloravit
dum me desideriis ornatus
colore adhuc habitum permutavit

Nec mirum est vobis appareo
nigra i. despecta quia non inde
ret pagini. Sed ipsi filij ma
tris mee pugnaverunt contra me
michi detrahendo quietem
spiritualis vite invidendo ad se
cularia negocia detrahendo. Et
cum aliter non possent, posuerunt
me custodem inde contra (?)
prefecerunt secularibus contra vineam
meam non custodivi i. spiritualem
vitam obtentu dilectionis proxi
mi et neglexi vite quippe sin
gulorum hominum vinee assimilari
dicitur. Quia sicut vinea circumsepta
est maceria sic corpore circumdata
anima. Et sicut in vinea sunt palmi
tes fructum ferentes, sic sunt
in anima cogitaciones opera proferen
tes. Istis vineis seculares spiritua
lem virum custodem ponunt dum
eum huc et ad officia prelature
eligunt. Sed ipse vineam suam
non custodit dum spiritualem vitam
negligit et curam secularis ne
gocij suscepit. Alter intellectus
anime (?) ecclesie ad superna patriam
anhelans et alios secum predican
do trahere festinans dicit Vos ama
tores mundi, filie urbium nolite. Ego
nigra vobis videor in activa
vita seu in secularibus. Ut taberna
cula cedar i. filiis peccatoribus. Sed
formosa sum in contemplativa
vita seu in spiritualibus ut pellis sa
lomonis ornata in virtutibus.
Nolite ergo me considerare quod fusca sum in
secularibus quia intus fulgeo
illuminata a vero sole in spiritualibus
et multo fusca sum. Etiam filij
matris mee pugnaverunt contra me scilicet
heretici et falsi christiani filij ecclesie
fide non opere impugnaverunt me
falsis dogmatibus et pravis
moribus. Ipsi posuerunt me custo
dem in vineis. Uxor (?) propter illos
suscepi curam in secularibus.
Et vineam meam non custodivi. quia propter
eos contemplacionem ~~celestem~~ celestem

in intimis. Vox sponse. Indica
michi quem diligit anima mea ubi pa
scas ubi cubes in meridie. Ecclesia
ad historiam loquitur more femine
petentis virum suum in invena
tione querentis et ne custodia
militum incidat timentis. Sed cum
verba ad pastorem dirigat quod alle
gorice intelligi vult manifestat.
Ecclesia in persecucione nigra i. despe
cta in vineis custos posita videns
activos cum bonis i. malos cum
bonis in vineis mixtos nec ipso
... passionis posse eos discer
nere petit secundum dilectionis ab ipso
pastore qui segregat oves ab
hedis dicens Indica michi quem diligit
anima mea ubi pascas ubi cubes in meridie. Christus pa
stor dicitur ... quia pascit gre
gem fidelium in pascuis sacre
scripture et ovem perditam re
duxit ad pascua patrie paradisi.
Fideles autem ideo dicuntur oves
quia sunt simplices et innocentes.
Meridies vero est fervor solis et
tempus persecucionis. Tunc Christus
cubat in cordibus credencium
fidem et dilectionem usque in finem
tenencium. Et pascit quos prevaricaba
se confitendo declinabis (?) estu
viciorum se maniganes vagire (?)
aut ... greges
sodalium suorum conventus hereticorum
de quibus multi passi sunt sed
martires esse non potuerunt quia
caritatem non habuerunt sine qua
non prodest ut ipsa passio dicente
apostolo. Si tradidero corpus meum
ut ardeat caritatem autem non ha
beam nichil michi prodest. Ecclesia
ergo inter persecutores et hereticos inter
veros et falsos martires po
sita dicit Indica michi quem diligit anima mea
Christus dicitur. O quem sancta ca
ritate diligo pro quo omnes pas
siones sustineo, da signum co
gnoscendi locum tue mansionis
in tempore persecucionis ne ...
in choro martirum iniustitia ...
hereticorum pro te adorem ... Ecclesia
enim etiam credencium est templum
dei vivi sicut etiam malignancium

est templum dyaboli. Et sic Christus
in templo adoratur fidelium, sed
dyabolus in templo eciam colitur.
Si quis enim hereticum vel diui
tem adulterum vel raptorem lu
cri honorat, plane dyabolum
in eo tamquam templum suum adorat.
Sodales dicuntur quasi simul
edales, qui nobiscum sacramenta
Christi edunt, scripturas legem
nobiscum audiunt, Christum ore
predicant, et de omnibus his non
sunt, quia non que Ihesu Christi sunt
sed sua sunt tantum querunt, id est lucra
vel laudes hominum et sedem preceptum
et cetera; pastores fratres non dilig
unt. Signum cognoscendi tale
est hoc: in hoc cognoscent omnes
quia mei discipuli estis si dilectionem
adinvicem habueritis. In istis est locus
Christi meridianus, in quibus est signum
dilectionis. Tropologice autem fide
lis anima inter veros et falsos fratres
constituta dicit: Indica mihi quem
diligit anima mea. Meridies tamquam sol fer
uet, calor est temptacio que carnis
libidinis vel animi accendit in
ardore; locus autem umbrosus est
tristicia animi. Et sic pastor estu
in meridie in opaco loco decli
nat, sic Christus in estu temptacionis
in tristis cubat, quos et sua the
theoria, id est diuina contemplacione, pa
scit. Sed sunt plures tristi ore non
mente, timore coacti non amore
Christi, aut voluntatem peccandi
sed perficiendi non habent facultatem;
in talibus Christus non habet manendi
locum, quia spiritus discipline fu
giet fictum. Sodales autem sunt
falsi testes fratres qui tamquam veri
christiani sacramenta sumunt, sancti
tatem ficti preferunt. Sed in vesti
mentis ouium lupi rapaces sunt,
quia veros fratres non diligunt. Horum
signum est hic: a fructibus eorum co
gnoscetis eos. Sicut arbores tamen
florent omnes pariter apparent, et
sepe acerbe in fructu pulchrio
res in floribus sunt, tamen in ipso
in solo fructu discernuntur, ita falsi

fratres tamquam veri cum filiis ieiunant,
vigilant, cantant, orant, sed solo
suo odio discernuntur, per quod templum
dyaboli cognoscuntur. De talibus anima
dicit fidelis: Indica mihi quem
diligit anima mea etc. Anima Christo loqui ex
toto est vocis noticiam veritatis que
est Christus. Anime loqui est secre
ta veritatis ei aperire. Quod per
sonam propriam que diligit dicit,
magnum dependencium absentis compre
hendit. Animam ponit pro vita, ut illud:
Qui odit animam suam, id est vitam suam,
custodit eam. Dicit ergo: Indica
mihi quem diligit anima mea etc., quasi diceret: O Christe vita
vite quam diligo, pascua, id est pro vita,
indica mihi interna inspiracione
in quibus requiescis in estu
temptacionis, et quos pascis pa
stu tue dilectionis, ne vagari inci
piam post greges sodalium tuorum, hoc
est ne dum quero te in veris fratribus
honoris vaga mente dyabolum
inveniam in falsis fratribus homi
nibus, in quibus cum caritas que deus est
non habitat, in falsis que est
dyabolus regnat. Anagogice vox
ecclesia presentia fastidiens et futura
appetens dicit: Indica mihi quem diligit anima mea.
Meridies dicitur quasi dies merus, id est
media dies, vel meri, id est puri dies,
quando sol in centro celi clarius
lucet, et significat splendorem eterne cla
ritatis, quando sol iusticie Christus
in patre et cum spiritu sancto medius ful
get. Greges autem sodalium sunt
ordines angelorum, qui sunt soda
les, quia et in gaudiis similes
sodales. Dicat ergo ecclesia Christo: Indica
mihi quem diligit anima mea etc., quasi diceret: O sol iusticie,
qui me decolorasti, qui me de
amore seculi ad amorem tuum permu
tasti, notifica mihi gloriam tuam, qua
in claritate divinitatis patri et spiritui sancto
equalis fulges et angelos tua
visione pascis, ne vagari incipiam
post greges sodalium, hoc est ne dubia
mente in agminibus angelorum
te sicut nobis locutum cogitem.
Vox sponsi. Si ignoras te,
o pulcherrima inter mulieres. [illegible] [illegible] [illegible]

locum amice que venit se in me
videre dicens. Si ignoras locum
in quo habitem, sequere vestigia gre
gum et invenies me in taberna
culis pastorum. Allegorice autem
sponse interroganti de loco in quo
sponsus manet ipsum locum habitacionis
sic demonstrat dicens O pulcerrima
subaudis in fide inter mulieres i.
inter hereses. tu es locus meus
et ideo locus mee requiei et
quando te video ibi locus est manendi
Quod si ignoras te locum esse
mee mansionis Egredere de hac ig
norancia et abi post vestigia gre
gis hoc est imitare quod iudeorum
qui unum tantum locum in urbe habent
ubi deo sacrificaverunt in quo taber
naculum vel templum tamen fuit quod
locus archa dei fuit. et ibi
pasce edos tuos i. dona carnali
suspicientes iuxta tabernacula pasto
rum hoc est secundum scripta prophetarum
Pulcherrima dicitur quia pulchre carens
est intelligitur earum pastorum pulchre
pastorum carencia. Aliter dicitur
quia mollier et intelligitur multi
hereticorum vel impostorum qui mol
les i. proni sunt ad pervertendum gre
ges sicut iudei qui baculo legis
congregant ad cultum dei qui sunt
carnales per vulgatam lascivi
ad sinistram manum iudicis consti
tuendi. Pastores sunt prophete quorum
tabernacula sunt eorum scripta. Sicut
enim in tabernaculis habitant
militantes sic in scripturis se quod
rent contra vicia pugnantes. hoc
alio modo potest intelligi. Si ipsius
ignoras dubitando te esse me
um locum Egredere de hac dubi
tacione et abi post non pas
sibus corporis sed affectibus cordis
post vestigia gregum i. post
fidem precedencium prophetarum et pasce
edos tuos i. instinctus carnales
iuxta tabernacula pastorum hoc est
secundum doctrinam apostolorum. Aliter si ig
noras te signatam meo re
demptam et ideo in sede ponatur

Egredere de gregibus meis et abi
quippe quod est aut est in
loco localiter aut in loco illoca
liter aut quod locus illocaliter.
In loco localiter est corpus quod
locum sue mole occupat et
aliud eodem tempore ibi esse non si
nit ubi illud est. Verbi gratia vinum
in vase totum spatium interius
occupat et aliud non potest
infundi nisi vinum effundatur.
In loco autem illocaliter est anima
in corpore que nullum locum
ibi occupat sed illud illocaliter
vivificat et sentificat et non
est opus ut recedat dans
locum cibo vel potui ut intro
eant. Sed locum vero illocaliter
est deus in se ipso simpliciter omnia
loca continens equaliter et omnia
tempora concludens presentialiter.
Ipse utique est totus quia est
substantia et recto circa loca
spatium et tempus omnium. Rediit
sponsa filiabus ierusalem scilicet ordo
in ecclesia docentium ordini dis
centium etc.

Dilectus meus descendit in ortum
suum per gratiam
in uterum ortum suum scilicet ecclesiam que
fluentes ecclesiam id est in virginitate
preposito gemma virtutum et venit
areolam aromatum id est ad celum
ad cetum spiritualium ubi est collec
tio bonorum operum ut pascatur in
ortis. Hoc est delectetur devotis

operibus in ecclesiis fide et ope
fructiferis et lilia colligat
id est opera castorum in unitate fidei
congreget et in virtutibus
candidos angelis associet.
Sponsus enim gratias orto suo illo contra
est querendum. Et proprie in
areolis aromatum. Et in ortis
id est in claustris in conventu
spiritualium quia ego dilecto
meo subaudis preparo locum
in me meaudit humilitate
et castitate et dilectus meus parat
mihi locum apud se recepturus
qui pascitur inter lilia id est
delectatur inter sancta desideria
castorum mentium. Ibi est inter
mentibus. Etiam est ortus christi
asili(?) que ut ortus profert va
rios gratiarum flores ita etiam
profert diversos virtutum sectato
res. In hunc ortum dilectus de
scendit cum christus in ecclesia fi
delibus per gratiam condescendit
aut dona spiritus sancti largi
endo aut peccata remittendo et
petita concedendo. Areola est
terra in orto equis lateribus hinc
inde composita colligitur fossatisque
crebrioribus reformata superfluis
germinibus depurgata et inde
ligitur claustralis vita confes
sione et pura a vitiis pur
gata regularibus disciplinis
semper ubi et virtutibus
adaptata in qua crescunt vir
tutum aromata. De qua re
dolent bonorum operum aromata
quibus pascitur sponsus. Sponsa
cum filiabus ierusalem dilectum dum
quesitum orto aromata et
lilia colligentem recepit quia
etiam christum magno desiderio
in scripturis quesitum in conventu
spiritualium studia castorum approbare
invenit qui cum ipse laude

concepit / Pulchra es amica mea
suavis et decora sicut Iherusalem
terribilis ut castrorum acies or-
dinata. Hoc est O amica mea
cupiens scire secreta mea
tu pulchra es voluntate et desi-
derio quod me queris / et suavis
voce / quia alios ad querendum
mutuis collocucionibusque cohorta-
ris et decora quia bonorum
operum exempla prebes / sic Iherusalem
id est conventus eciam est distincta
sanctis ordinibus / qui sunt doc-
tores continentes / coniugati qui
per Noe et Daniel et Iob prefi-
gurati / de quibus Noe archam
rexit in undis Daniel con-
tinens fuit in aula regis.
Iob curam gessit coniugis Quod
habes in ewangelio nota duo in
agro qui sunt doctores duo
in lecto qui sunt continentes duo
in molendino qui sunt con-
iugati scribuntur Eciam existens
sub apostolis in Iherusalem vel sicut eciam
fecit que nunc est in celesti
Iherusalem terribilis demonibus
et hereticis vel falsis fratribus conversa-
cione et disputacione ut ca-
strorum acies ordinata contra
hostes armorum instructione
In hac singulis sunt acies or-
dinati armis instructi in
castris domini scilicet in ecclesiis vel in
claustris contra agmina vi-
ciorum ordinate dum doctores
hereticos vel demones disputan-
do impugnant / continentes
probe vivendo contra impudi-
cos dimicant Coniugati fide
coniugali et elemosinis tela
luxurie dimittunt Hec acies
sic instructe sunt terribiles
quia vite meritorum videntur
male viventibus horribiles
cernentes eciam eorum adviden-
dum et horrent consilia eorum

ad audiendum Similitudo est
a militibus qui si sunt magi-
stris pati ad resistendum hosti-
bus. Castra romanorum ter-
ribilia erant / quia totum mundum
vincebant / sed Suanna non
erat / quia veram pacem non
habebant In ecclesia autem nec-
cior similitate ut Sunamita
aufert terrorem quod intra ce-
lestem vitam agit et barba-
ros disputando racionando animos
ad simul verum Christum pertingit /
Hoc quod dicit sponsus Pulchra
es amica mea Nota quod re-
gina regio ornatu ad regem
venerat Hoc vero quod dicit
Terribilis ut castrorum acies Intelligitur
cum armata multitudine com-
itata advenit quippe que cum
amana et aquilone pugna-
re iniret ad lacum contra gutturis
nocturnam pugnaturam arma non
deposuit Designat autem quod
eciam que persecutores paciendo de-
vicit hereses sapiencia devicit or-
natum virtutum in pace induit
Sed in diversis provinciis iugiter
invigilat quibus falsis fratribus
resistit Cum autem sponsa in-
venit dilecti pulchritudinem
inspeciabilem intuetur / et clari-
tatem decoris eius stupescendo
miratur. Dicit ei sponsus Averte
oculos tuos a me quia ipsi me
avolare fecerunt. Quid est O soli-
ne tu in turba intueri quod
in aulam ibo et ibi aperte
meam tibi totam fortitudinem
prebebo scilicet cum eciam tota inten-
tione dilectum in scripturis que-
rit et cum prius in cantica
invenit eius miram pulchritudinem
in gestibus et operibus verum
stupescendo miratur et hanc
perfecte magno desiderio cognoscere
conatur / sed ei dicitur Averte
oculos tuos a me id est intelligenciam

et interiores oculos cordis
averte a me ad deitatem / quia ipsi
me avolare fecerunt / hoc
ipsi oculi cordis tui vident
excedentem omnem spiritualem et
angelicum intellectum excedam
quod / Sufficiat tibi quod me
corporaliter vides inscriptum et in
invisibili creatura / et ne
queras inde corporaliter in hac
vita videre quod non poteris
propter singularitatem nobis quibus
hoc concessum in via quod tibi
dabitur in patria. Postea totum
me videbis cum me in ali-
am perveneris. Celsitudo est ab
aquila que in alto visu videtur
Sed altius volans non videtur
ita deus cum aliquantulum in con
templatione cernitur subito
corporalibus cordis eripitur
et omnem intellectum longe
transcendens pertendit. Oculos
cordis in deum figit quod trini
tatem in personis et unitatem
atque equalitatem in essentia
divinitatis perfecte cognoscit. Sed
ipse absconditus tenebris evo
lat dum sibi incomprehensibile
erit quod videre desiderat.
Oculos ergo ab eo avertit et ad
creaturas flectit dum deum in
operibus creaturis contemplari
satagit / que in essentia sui
videre non potuit. Non solum
oculos tuos averte a me / sed
et capillos tuos quoque cohi
be / Capilli sunt subtiles co
gitationes que ascendunt
multiplices. Sic greges caprarum
ascendunt ad rupes / Et hoc
de Galaad id est de Christo qui
est acervus testamenti id est
fortitudo invicta. Cogi

tant cum quidam de Christo
quomodo de massa peccatrice
absque peccato potuit concipi
quomodo absque viro de sola virgine
nasci / quomodo impassibilis pati
et immortalis potuit mori.
Et inde ascendunt cogitationes
ad dubitandum cum cogitant
quomodo Christus sit imago dei invi
sibilis patris equalis quomodo sit
dei sapientia et dei virtus / et quo
modo per ipsum omnia facta sunt et quomodo
omnia verbo virtutis sue continet.
Has cogitationes quasi capillos
constringe et altiora te ne
quesieris que hic ad plenum
cognoscere non poteris. Dentes
tui sunt sicut greges ovium de lava
cro ascendentes. Dentes sunt
acuti sensus qui cibos scripture
exponendo comminuunt / Greges
ovium de lavacro ascendentes
sunt fideles de baptismo ve
nientes / quia alios lacte re
ficiunt vel bonis exemplis
vestiunt. Tonse vero oves sunt
illi qui omnia pro Christo relin
quentes quasi doctores exce
dunt qui in exponendis scrip
turis sensum acuunt vole
ntes facere qualiter in gradu
patres positi sunt qui bapti
zati in nocte sunt ut oves
inveniunt vel pro Christo omnia
relinquere / dentes vero
absconduntur dum istius ab hac
intentione retrahunt. Et hic
in hac vita ineffabilia com
prehendunt / Genas quoque
tuas averte a me / que sunt
sicut cortex mali punici. Gene
punicis malis comparate sunt
scientie de matribus rubedine
plene que diligenter investigant

qualiter se martires in illa
vita habent / Hac gemma autem
diu omnes scientie celestis
succumbunt / quia homines
in hac vita incognoscibilia
sunt licet omnia ad illos dicta
sint qui nimio desiderio
statum future vite inquirunt
Sed in inscrutabilitate illius pre-
conatu suo deficiunt / Sed
hec anagogice dicta alle-
gorice etiam sunt dicenda / Ana-
gogice respicit ad vinculum
legis eternum / Allegorice vero
pertinet ad ordines ecclesie / Per
capillos quoque et dentes et
genas designantur tres or-
dines in ecclesia vel tres acies
contra hostes sunt ordinate / Per
capillos vero et oves et malla
punici exprimuntur virtutes
corporis / Quo utique laudantur
reginam laudant et agnam
eius / quia approbat et opera
membrorum eius dicens / Capil-
li sicut grex caprarum que ascenderunt de Galaad /
Capilli ecclesie sunt virgines qui
in fidem adherent ut capilli
Capilli vero sunt ut grex cap-
rarum / Ad Galaad descendunt
propria mente ad Christum tendunt
Galaad quippe dicitur acervus
testimonii / et significat Christum
in quo testes eius id est martires
coacervabuntur / Et hoc modo
capre ecclesie apparent dum fi-
deles Christo propria mundi
subcelunt per que capre re-
lorum ad alta scandunt / Dentes
tui sicut grex tonsarum que ascenderunt de la-
vacro / Dentes ecclesie sunt doctores qui
cibum sacre scripture conterunt
et in corpus ecclesie mittunt
Hii sunt greges ovium quia
innocenter vivunt et per vios

Sacre scripture nutriunt et eos
bonis exemplis vestiunt
Que oves ascenderunt de la-
vacro ut ostendunt / Ita isti de
baptismate loti apostolos ascen-
dunt ad virtutes et religionis
terna ut imitati Christum sequentur
Et hec omnes oves sunt ge-
mellis fetibus quia doc-
tores pleni sunt operibus
gemine caritatis / Et sterilis
non est in eis omnibus / quia
nullus est in doctoribus vacu-
us a bonis operibus / Sicut
cortex mali punici gene tue / Ge-
ne ecclesie sunt continentes qui pre
erubescentes / qui sunt sicut
cortex mali punici rubicundi
rubicundi / quia non solum
despiciunt sed etiam casti carnale
sunt desperat alicuius / Ita ap-
pareas continuus coram hominibus
absque occultis tuis id est absque
castitate que latet coram
me intrinsecus / Postquam vero a-
cies armatos laudant in
laudem regine prorumpit
dicens / Sexaginta sunt regine et octo-
ginta concubine et adolescentularum non est numerus / Una
est columba mea formo-
sa una est matris sue genetrici
sue / Salomon rex sapientissimus
et ditissimus erat amator
earum mulierum formo-
sissime hic habuit centum
reginas et centum concubi-
nas / Sunt quas certe ut ge-
ditur / Hii nobiles et alios di-
gniores quas ad comparationem
aliarum solas vocat reginas
quas / Et hic misterii gratia
introducit / Ille inter concubinas
octuaginta alias dignior esset
et genere et gratia / quas solas
hic significandi gratia ponit
propter inter reginas erant

vna alijs prestancior et ge
nerositate et dignitate que
regina reginarum dicebatur
/ que filia pharaonis non in
congrue fuisse putatur quia
et hic ad litteram laudare
creditur. Hanc concubinarum
predictarum regine et concubine
et filie laudauerunt eam dicen
tes / Que est ista que
ascendit / et que progreditur quasi au
consur. pl. ut lu. ele. ut sol
ter. ut ca. a. or. Per hec intel
ligitur eam multitudinem armatorum
precessisse. Cum eam leguntur
eam aulicis stratis regem et
reginam semper precessisse et
supra scribuntur. lx fortes
armati lectum Salomonis
custodisse. His obmissis alle
goria adiuncta deducuntur.
Choros castrorum dixit propter
choros cantorum. Chori castro
rum sunt agmina militancia
pro victoria contendencia et intel
liguntur hic contendencia con
uicia pungnancia et pro
victoria exultancia. Est et
choros equinoctia. Choros
etiam est mensura triginta
modiorum de qua in Ezechiele
legitur. Centum choros triti
ci. Chorus etiam est ventus
Chorus etiam est quoddam
musicum instrumentum. Cho
rus est multorum locus psal
lencium. Item chorus multitu
do canencium. David qui sep
fuit in bellis exposuit figuram
Christi hic contra pugnantis
Salomon vero qui semper fuit in
quiete pacis gessit figuram
Christi in celis regnantis qui
templum fecit in quo reginam

austri recepit / quia Christus
domum in celo preparat in quo
etiam recipiat. Salomon
quod sonat pacificus. Christus
pater futuri seculi princeps pacis
et pacis eius non erit finis
Salomon erat amator mul
tarum mulierum et Christus est
amator multarum animarum. Iste
habuit lx reginas et lxxx
concubinas hoc est omnes animas
perfectorum in contemplativa vita
et omnes animas imperfectorum in
activa vita. Isti quippe duo
numeri pro misterio ponuntur. In hoc
cantico / quorum unus est perfectus
et alius imperfectus et significat
perfectos et imperfectos in ecclesia
Sexagenarius etenim perfectus
est / quia constat suis parti
bus ut supra dictum est
et significat perfectos. Octogenarius
vero est imperfectus quia non com
pletur suis partibus et ideo
significat imperfectos. Sexagenarius
est per senarium et denarium
multiplicatur / quia sexies
x aut decies vi fiunt lx
qui numerus significat omnes qui per
fecti sunt in vi operibus elemosine
et in x preceptis legis. Istorum
anime dicuntur regine quia
sponsum Christum pro celestibus
et hec regni coheredes erunt
Octogenarius autem numerus
per centenarium et denarium
multiplicatur / quia octies x
vel decies octo erunt octogin
ta / qui numerus designat car
nales. decalogum legis
propter seculares dignitates et
divicias mundi observantes
que in minori electi continentur
et ideo horum anime dicuntur concu
bine / quia sponsum non pro

diligunt sed ei principalibus serviunt. Adolescentule sunt anime pro toto mundo in christo renate ad huc in fide rudes et lactis doctrine egentes. Harum non est numerus apud homines ut reginarum et concubinarum quia soli deo cognitus est numerus electorum in superna feliciter locandus. Vel ideo adolescentularum non erit numerus quia in numero reginarum et concubinarum non computantur qui pertinentes sponsi non renovantur. Cuius dicit vox adolescentulis. Quas supra filias syon vel iherusalem notavimus que cum regina nunc ad regnum venerunt et cum laudibus eam extulerunt de qua scribitur. Una est columba mea perfecta mea. Quod est dicere Diversi quidem sunt ordines electorum de quibus quedam regine quedam dicuntur concubine quedam adolescentule. sed licet tot sint regine in spiritualibus tot concubine in secularibus tot adolescentule in parvulis tamen ex his omnibus est una katholica ecclesia que est regina reginarum. Columba mea quia una domus spiritus sancti puritate plena. quia plena omnibus virtutibus omnibus carismatibus omnibus ordinibus sanctis repleta Et ideo est una Subaudis heres matris sue celestis iherusalem et una electa genitrici sue gratie que de mundo elegit eam cum supernis civibus sociaret. Viderunt eam filie et beatissimam predicaverunt que superius dicte sunt adolescentule quia ex baptismo renovate sunt dicuntur

filie quia heredes erunt matris eterne iherusalem. Hec regnum videre quia etiam in cunctis ordinibus domus christi repletam virtutibus ornatam resplendere et ideo beatissimam predicaverunt quia per tot gradus immo ad celestem beatitudinem eam vocari audierunt. Beata erit etiam quando de ydolatria ad fidem christi est vocata. Beatior quando varijs donis spiritus sancti est ditata. Beatissima erit cum in summa beatitudine angelis associata deum videbit. Regine etiam et concubine hic spirituales et seculares vivendo et predicando in equalia dei laudaverunt dicentes. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens i. quam gloriosa est ista tot virtutibus donis glorificata que ex omnibus partibus fide et opere et predicatorum ad nos progreditur. Quasi aurora consurgens sub apostolis sicut enim aurora tenebras noctis depellit solem mundo inducit sic etiam nascens tenebras ignorantie per apostolos repulit et solem iustitie mundo dictis et exemplis induxit. Pulchra ut luna sub persecutoribus. quia a vero sole illustrata nocte seculi exemplorum luce perfudit. Electa ut sol. terribilis in pace sub religiosis. quia ymagine veri solis ipse reputat ambulans in via iustitie et castitate et veritate et in his omnibus terribilis ut castrorum acies ordinata. quia in omnibus tribus erit unitura spiritualibus armis ut nulla adversitate possit cohiberi quin in se demonstret pulchritudinem lune in vere laboriose

accionis et solis ymaginem
in spe retribucionis aliter enim
erat aurora ante legem luna
sub lege Sol sub christo acies
castrorum sub aduentum ipsius Item et
erat aurora in patribus luna
in sacris dignitatibus Sol in
perfectibus Similiter est ipsa
aurora in coniugatis luna in
continentibus Sol in doctoribus
acies ordinata in omnibus
Sit ecclesia in cristifidelium aurora
in principiis luna in iuuenibus
sol in senibus acies castrorum
in singulis Contra demones
et hereticos et falsos fratres
Conuenerunt tur toties in hoc
cantico amoris introducuntur
castrorum pugnancium Item ideo
fecit quod sicut milites par
ta milicia sponsis ducuntur
Ita fideles sue per milicias
huius vite sponso suo christo
duplicis adeunt Natura huma
na de paradiso expulsa toto
tempore huius vite pugnando la
borat ut denarium summum
recipiat quo tenua regni
premissum recipiat Post su
dorem quippe certantis dabitur
corona laudis Et hoc summo
ope reddendum est duo dotes
a sponso ut a sponsa est pun
gnatum Scilicet ante christi
adventum et item spiritus post
primis adventum Primum
bellum fuit contra tyrannum in
imperatorem et inter uniuersos
principes et potestates quando
tyrannus imperium inuasit et
similis altissimo esse voluit
In hoc bello regnum scilicet ange
lica natura tyrannus draco
expulsit et cum ipso et inu
exilium subiit Nam virtus
a rege deo tu omnibus suis
de aula celi cecidit et carceris
inferni supplicium subiit Secundum
bellum fuit sub gigantibus
inter filios dei et inter filias
hominum id est inter passos abel et
progeniem caym quod ceptum
est ab abel et caym et terminatum
est diluuio In hoc bello sicut
sponsi abel est occisus sed
tamen contra preualuerunt
Tercium bellum sub edificatoribus
turris inter liberos et seruos
quod cepit a sem et cham
et iapheth et finitum est in diui
sione linguarum Quartum
fuit sub patriarchis inter cir
cumcisos et incircumcisos quod
cepit ab abraham et pharaone
et terminatum est submersione ex
ercitus pharaonis in mari rubro
Et hoc bello persecuti sunt ysma
hel ysaac laban iacob fratres
ioseph filios israel Quintum
fuit sub data lege inter dei
cultores et gentiles quod ceptum
est a iosue contra amalech et
finitum est sub pacifico rege
salemone Sextum fuit
sub regibus et prophetis inter
iudeos et ismaelitas vel inter
babylonios et iudeos quod
ceptum est a roboam et iero
boam et est finitum sub au
gusto tempore pacis In hoc
bello omnes fuerunt certe. Si
prophete ceciderunt et tamen pal
mas victorie receperunt
Sub gratia vero primum bellum
fuit inter sponsum et adulterum
videlicet inter christum et diabolum
quod ceptum est ab herode
et principibus et finitum est in de
structione ydolatrie et vo
catione gentium In hoc bello
sponsus cum adultero duellum
iniit Quando cum in die belli

id est in pascere dicit trans-
sivit / morte quoque ducis contellus
sui vicit qui vicos castel-
la civitates ad ydo- ydola-
triam obsessos ad fidem vi-
ri regis christi revocavit / Se-
cundum bellum fuit sub per-
secutoribus id est inter christianos
et paganos quod cepit a
petro et Nerone vel Symo-
ne mago et finem sumpsit sub
Constantino. In hoc bello sub
regine Stephanus cecidit /
omnesque duces eius scilicet apostoli
corruerunt. Innumerus omnis exer-
citus martirium subcumbit
et coronam vite promeruit
/ Tercium bellum fuit sub
confessoribus inter hereticos et
catholicos quod cepit ab ario
et alexandro episcopo / et
finitum est in Constantino-
politano concilio. In hoc bello
Athanasius et Ieronimus et Au-
gustinus et alii quamplures
clari fuerunt qui milites ex-
pelagius fuere et arrius insti-
terunt / Quartum bellum
gerit sub religiosis inter
veros et falsos fratres quod quidem
cepit a petro et Iuda. Sed
maxime invaluit cum clau-
stralis religio institui cepit
finietur autem sub antichristo vel po-
cius in fine mundi / Quintum
bellum erit sub antichristo quod
incipiet ad predicacionem helye
et Enoch et finietur in morte
antichristi. In hoc bello corruent
duces et regine helyas et
Enoch et omnis exercitus mar-
tirum et ipse dux et caput
malorum antichristus / Tunc
sunamitis regine austri
considerabit et mandragora-
cis apportabit / Sextum

bellum erit inter regem glorie
et regem superbie inter angelos
et homines. In hoc bello rex
christus cum innumero exercitu ange-
lorum adveniens hanc baby-
loniam civitatem dyaboli com-
buret. ipsum hostem cum omnibus
suis inextinguibilibus ignibus et sul-
phureis precipitabit / et sponsam
suam glorie et honore pacto
bello coronabit et in thala-
mo glorie collocabit se quoque ipsum
talem qualis est patri equa-
lis manifestabit Ave ihesu

Exposito precedens retulit
regina austri tria bella
pro corona gessisse. Primum
contra amana / Aliud con-
tra aquilonem / Tercium contra guttas
nocturnas ac victricem ad regnum
coronandam venisse et inter
initatam lx reginas et lxxx
concubinas et innumera-
biles adolescentulas huiusce
hancque a rege favorabiliter
susceptam fuisse que decora
sicut acies ordinata produxit
insignata belli scilicet auream
lunam et solem pretulit ipsa
cum sponso commutatu sub ter-
rum implicatum porro vexilla
sanguineo colore acies
militaria precessit que contra
aquilonem processorum et tamen
innixit quorum dux amana fuit
vexillum autem lune candido
splendore acierum consessorum
fulbat / que contra aquilonem he-
reticorum se armaverat quorum
princeps aquilo fuerat vexillum
autem solis igneo fulgore acie
sapiencium antecessit que
bellum contra aquilonem falsorum
fratrum scilicet qui gutte nocturnum
dicuntur presumpsit Sequens
autem exposita refert nomen

sponsum de oriente advenisse
Et hanc regem magnifice
suscepisse Regina nam[que] an
tea cum suis triumphante et cum
rege triumphate. Ecce pariter
ph[et]i helyas et enoch s[er]monante
in quadriga aminadab cum milib[us]
milibus adducunt. quam regie
et c[on]iubi[n]e iunior et adolesce
tule cum ipsa omni regina ma
ximo plausu recipiunt et i[n] ortum
mecum cum magno iubilo re
gi adducunt. Utriusque adventu
vos [con]iubilant[ur] Et h[oc] carmen
ei in modulat[ur]. Descendi
in ortum meum ut vi[dere]m po[ma] [con]
vallium. Cum in fine mundi plenitudo gentium ad fidem [con]vertetur
venerit tunc et synagoga p[er]
p[re]dicacionem helye et enoch fide
xpi suscipiet. quam ipse hac
laude recipiet. Descendi i[n]
or[tum] m[eum]. hic forma assumpsi
et veni in iudeam ut viderem po
ma qua[lia] i[d est] ut remunerarem
opa humana. q[uo]d synagoge
ad fidem veniet. im[m]o venies ad
me. quia pro[pter] ego veni ad te
quando descendi i[n] iudeam
que erat ortus meus i[d est] spiritualis
fidelium. qui [con]tinue patiunt[ur]
amaritudine. tribulacionem infrins
sicut dulcedinem p[ro]pter remu
neracionem. Fructus terre no[n]nu[m]
cortex [con]tior qui est amara
testa intrinsecus que est dura. et
nucleus quod [est] dulce Cor
tex sunt hij quibus amara p[er]
vitia testa que fringit cor[pus]
vigilijs ieiunijs Nucleus q[uo]d
est dulce sunt spirituales viri Ideo
aut descendi in ortum meum
i[d est] in iudeam Ut viderem poma
[con]vall[ium] i[d est] opa p[o]p[u]li in urbe habi
tantis que cum illis dixi. quia

inter regna gentium que inter
montes erat posita. Et inspicerem
si flo[ruisset] vi[nea] et g[er]m[inassent] [mala punica]. hoc est si ipsi
de floribus p[ro]ficeret synagoga
que vinea domini est dicta quam
quam ipse de egypto in iudeam
transtulit et in iudea plantavit.
Et viderem si g[er]m[inassent] ma[la] pu[nica]. hoc est
si aliqui p[ro] fide optinerent p[ro]po
tim[ore] p[ro]fundi Et si ista ibi no[n]
invenirem eos tal[ia] facere docere
Nescivi. me repulerunt insup[er]
[con]tumelijs affectu occiderunt
Atque v[er]ba synagoga turbata
audit Nescivi me repulerunt
insup[er] g[ra]v[i]b[us] [con]tumelijs affectu
occiderunt. Atque va[ria] synago
ga audit turbata. Nesciui
subaudi[endum] ista ita feci talia
quando vidi te int[er] homines ut
hominem [con]spiciens Nesciui
te fuisse deum. Cum vidi te int[er]
latrones pendentem nesciui
te salvatore mundi. quia si te
scivissem gl[ori]e scivissem nunq[uam] te
crucifixisse. Sed tu [con]turba
sti me ut salute humanam quas
p[er] me operaris Et ideo nesciui
quid feci. hic aia mea turbat
me p[ro]pter quadriga aminadab
hoc est animalitas mea fe
cit me desiste p[ro]pter ewangelicam
doctrinam. que me a[n]te n[on] ip[s]e
adeo precepta [et] alegalibus
cerimonijs p[ro]hibuit et bap
tisma atq[ue] talia noua insti
tuta docuit. Terra sunt i[n] hoc
Caro animalitas huius. Caro
est pondus [et] aggrauacio ani
malitas libitum carnis p[er] quas
quo vivimus. Corpus est tum
[con]iunficiunt. Azoti qui filios
isr[ae]l pugnaverunt. quibus de victis
archam dei rapuerunt. Cumq[ue]
diuina ulcione percussi i[n] poste
riora

adiss consultis rursum acceperat
quod ab illa infirmitate non pos-
sent liberari nisi archa redu-
ceretur. Que tunc imposita quadri-
gis deducta est in domum A-
minadab. Aminadab sacerdotis
Quadriga est Christi evangelium
quatuor rote sunt quatuor
evangeliste qui usque in fine seculi
per totum mundum currunt. Ar-
cha est Christi humanitas. Manna
in archa est Christi divinitas.
Archa est ducta in allophilos
Et Christus ductus est ad gentes
per apostolos. Archa est reducta in qua-
drigis in iudeam et Christus in fine
mundi reducetur per evangelia
in synagogam. De domo Ami-
nadab reducta est per david in
ierusalem. Aminadab dicitur sponta-
neus populi mei et per Christus
sponte oblatus est pro peccatis populi.
Cuius domus fuit ierusalem de qua
eum pater sustulit in celestem
ierusalem. Quadriga huius Ami-
nadab ut dictum est sunt quatuor
evangelia per que conturbata
est synagoga. Anima eius, id est
sensus ultimum cepit perturbari
quando predicatum audivit evangelium
Christi predicari. Sed in quadri-
ga hec tunc vehitur quando
per evangelicam doctrinam ad fidem
Christi perducitur. Nam ergo sponsam
principum regis fore non vellent
quod primitus probatur morte
turpissima eum condempnantes.
Et ideo afrite eius abire fe-
cit, scilicet synagoga. Sed chori
reginarum et filiarum ierusalem re-
vocant eam dicentes: Revertere
re[vertere] su[namitis] re[vertere] re[vertere] ut intueamur
te, scilicet synagoga postquam Christum
regem occidit sub cuius do-
minio esse noluit. Sed
vox predicatorum revocat eam

dicens Revertere sunamitis. Sunamitis
est civitas in qua heliseus
mortuum suscitavit et signat
mundum in quo Christus mortuum
suscitavit genus humanum.
Sunamitis autem dicitur captivata
unde dicitur sunamitis captiva
et intelligitur synagoga in per-
fidia captivata. Dicitur esse
sunamitis, id est captiva, quia sine
convertetur ut redempta. Sunamitis
dicitur predicatoribus evangelii in quarta
quater revertere, scilicet a quatuor plagis
mundi ab errore perfidie ad fidem
Christi convertere vel revertere ad re-
demptorem tuum te vocantem
te suscipere volentem in eum cre-
dendo revertere ad eum illum di-
ligendo revertere ad eum precepta
eius operando revertere ad eum
pravissimum vitium ab eo spernendo
ut intueamur te, id est ut laudemus
te. Vel revertere per quatuor evangelia
vel per quatuor virtutes ut conversionem
tuam intuentes laudemus deum.
Iudei namque in fine mundi conver-
tentur conversionis erunt quod omnes
eius intuentur et eos gratulantur.
Convertentur enim per heliam et
enoch adventum mundi contra
mem ubi placentur ut celum
et terram liberet eternam civitatem
Dei audit aprorum ubi
dum et vinctum [illegible] hysdem
institutis ut olim erat sub
apostolis ad hanc vocationis voce
sunamitis ad regem est egre-
ssa et ab eo in gratiam recepta
Hec mox instituit in laude
eius choros canentium contra
hostes eius pugnantium.
Compta namque synagoga
per eum in omni loco Christum lau-
dabit ubique eorum vicem pu-
gnabit. Unde ipso dicit ad regi-
nam sunamitis intuentem
et eius ornatum laudantes rel

Quid videbis in Sunamite
nisi choros castrorum. Aut
q. d. certe nil aliud videbis
nisi synagogam adunc quasi
in se choros in Christi laude canen-
tium et castra pravitate pug-
nantium. Erit enim tempus tunc
quale non fuit ab initio mundi
s. persecutionis tribulationis et
erroris. Surgent quippe pse-
udo prophete et facient tanta
signa et prodigia ut in errorem dedu-
cantur quippe quidem doctissimi
ducuntur. Insuper amborum corpora
Helye et Enoch Antichristus
occidet homo peccati filius perditionis
qui extollitur super omne quod
dicitur aut quod colitur deus. Unde et
se tamquam sit deus signis et pro-
digiis et hunc defferet ut ad
nullam utilitatem valentibus
tamquam sit deus quibus electos
intemptabit et non consentienti-
bus penis cruciabit. Denique
ut Daniel et Apocalipsis testatur contra
x ordinibus etiam se contra-
rium cum fidem. Hoc Sunamitis
bellum suscipiens x ordines
iustorum contra x ordines spirituales
ordinabit contra spiritualium forme
instructus spirituale bellum cum
eo inibit. Quos ordines vero
ordinabit dicetur. Sunamitis
laudat quia opera se lauda-
tium et [illegible] pugnantium
apparebat dicens: Quam pulchri
sunt gressus tui in calciamentis
filia principis. Sulamitis dicitur
tunc filia erat synagoge
principis cuius est Christus tunc filia
est Sunamitis per fidem et
regenerationem. Illius gressus bo-
nos affectiones quibus graditur
de virtute in virtutem qui
sunt pulchri bona operatione
in hoc calciamentis i. in apostolorum
exemplis. Calciamenta quippe
sunt de pellibus mortuorum
animalium et sunt exempla multorum
in Christo mortuorum. Sicut est
corpus Christi. Hinc membra sunt
ordines iustorum similitudines
vero ipso ordines eorum progres-
sus g°. s. per similitudines pe-
des tempore synagoge.
Notatur huius ordo iustorum
in ea qui agricultores qui
sicut pedes corpus portant. De
rebus necessariis etiam sustentant.
Hii in calciamentis incedunt dum
per exempla iustorum vivunt et hii
proxima die antequam resistunt
dum eo contempto vita rebus
proprio amittunt. Secundus or-
do iustorum in ea sunt coniugati
iuncturarum feminum designantur.
Unde subditur: Iunctura
feminum tuorum sicut monilia
que fabricata sunt manu
artificis. Femur femoris est
virorum, femen feminis est
mulierum. Iunctura feminum
fecunditas plus accipitur. Pro-
monilia ornatus mulierum. Plura
manu artificis excellentia operis
digitus est cum opus in suis ar-
tificis quod discipuli designatur.
Iunctura feminum synago-
ge sunt sicut monilia, quia coniu-
gati in ea per femora coniuncti
ipsi et filios generant etiam fi-
de et operatione ornant ut
monilia artificis fecit, i. ut per
operationem deo donent. Vel iunctura
feminum est concordia duorum
populorum s. iudaici et gentilis
in una fide Christi, quos sicut
membra Christiana coniungit et
spirituales filios gignunt. Coniunctura
est sicut monilia, quia
concordia illorum ita convenit
sicut unctio duorum testimoniorum

cognoscit quod utrumque ista con
iunctionem produxit. Que mo
nilia fabricata sunt manu
artificis, quia duo testamenta
que eciam completis sanctorum
ut monilia ornant et sente
ciis contra hereticos muniunt
composita sunt adeo patre
omnium artifice per filium qui est
manus eius perpetue [illegible]
superno opere. Ignis eius est spiritus
sancti iste interna i. concordia
illorum ornat synagogam et
munimine contra sententias anti
christi. // Tercius ordo sunt
delicati et molles qui per
umbilicum notantur. De quibus sub
ditur: Umbilicus tuus crater tor
natilis numquam indigens po
culis. Umbilicus est molle me
mbrum, et est media pars hominis
qui sub superius sed partes. Cum
sit caput oculi nasus os collum
pectus. Unde est umbilicus inferius
sunt secundum ordinem sunt pedes tibia
crus coxa femur venter.
Per umbilicum significantur
illos qui per suo opera nunc as
pirant ad septenarium regem
que dabitur propter septem dona
spiritus sancti. Hii sunt ut crater
tornatilis numquam indiget
poculis i. semper plenus poculis
quia sub caritate tornati
continua virtute plenati po
culis doctrine sunt pleni. Unde
sicientes iusticiam possent ha
bunde inebriari. Hoc ideo di
cit ut si molles i. imperfecti in syna
gogis tales erunt quales
perfecti in ea credendi sunt.
Quartus ordo est detractorum
vel hii qui utuntur hoc mundo
tamquam non utantur qui per ven
trem demonstrantur. De quibus

ptimis subinfertur: Venter
tuus sicut acervus tritici. Per
ventrem generaliter
per acervum tritici elemosinarum
largicio exprimitur. Triticum
pro omni frumento ponitur
secundum speciem pro genere. Venter sic
synagoga est sicut acervus tri
tici, quia quod in ea possessiones
multi sunt spiritualiter partim per ele
mosinarum largicionem edunt
et dum bona opera cumulant
quasi triticum in unum coacervant.
Ubi acervus dicitur vallatus
liliis i. munitus virtutibus valli
dicuntur sudes quibus acervus
munitus stat ne cadat. Acer
vus ergo tritici liliis vallatur
dum largicio elemosinarum
candore virtutum circumdatur
que facile vento humane
laudis dissipatur nec aliis
virtutibus fulcitur. Vero [illegible]
[illegible] posuit poculum hic vero
triticum quibus illi sicientes
iusticiam inebriat. Isti esu
rientes iusticiam, sicut dicitur
triticum verbum dei cibis dis
pergit. Sed et hii [illegible] similes
qui utrumque scilicet cibum et potum
indigentibus corporaliter impendunt.
// Et est notandum quod acervus in
imo est latior in summo est
angustior, quia multi sunt
qui elemosinas tribuunt pau
ci qui possessiones relinquunt.
// Quintus ordo est doctorum
qui per ubera notantur. De quibus
dicitur: Duo ubera tua sicut duo
hinnuli gemelli capreae, quasi dicat: hii
qui lactati sunt lacte uberum
tuorum i. qui instructi sunt
doctrina utriusque legis doctores
sunt duo populi ex iudeis et
gentilibus sub apostolis quasi q

fuerint similes / quia ad stu
dia religionis ascendentes
qui gemelli / quia in gemina
dilectione fervent tes filii capre
bonas herbas a noxiis eli
gentes i. certe malos ab o
mnibus distinguentes Capra acumi
bus est secuta de rupe se pre
cipitat et sine tormento nec
corpus ledit. Ita synagoga
[illegible] persecutoribus constituta
tormenta contempnit / corpus
ad supplicium dabit nec anima
ledatur. Similiter filii ex ubere eius
lactati erunt similes s. in christo
renati in fide et in caritate
gemelli Comitum viciorum fu
fugientes et ad maternitatem
recurrentes // Sextus ordo
est religiosorum qui per collum
designantur. De quibus subditur
Collum tuum sicut turris eburnea Hoc e
spiritales qui sustinentem christo
verbis et exemplis iunguntur
ut collum capiti et corpus
iungit sicut turris eburnea
i. sicut elephantis inexpugna
bilis in virtutibus / solent ele
phantes turres portare de
quibus pugnant ut in libro
Machabeorum legitur Ita spiritual
viri sacre scripture quasi fir
mam turrim portant / contra
hostes regni dei pug
nant Sed et per ebur casti
tas illorum intelligitur / sicut illud
animal caste nature esse phy
bet // Septimus ordo est
prelatorum qui per oculos notifi
cantur. De quibus subiungitur Ocu
li tui sicut piscine in esebon
que sunt iuxta [illegible] Esebon
est civitas unde [illegible] iuxta
portam sequitur est fons vi
vus qui efficit multas pisci

nas Iuxta quibus magni dicte
urbem abluunt se et que
abluenda sunt eis Et nemo
potest ingredi civitatem nisi
per eas Esebon dicitur cingu
lus meroris Et intelligitur
ecclesia que ad se venientes
cingit merore pene qui
a non possunt intrare in
eam nisi per portam fidei et
per fontem baptismalem / qui
licet multa loca repleverit
tamen unus baptismus est Oculi
synagoge sunt sicut piscine
in esebon i. prepositi eius
[illegible] sunt sicut [illegible]
qui sunt pleni fluentis doc
trine / vel qui fideles predi
cando ducunt per portam fi
dei et per fontem baptismalem
in ecclesiam in qua est meror
pene et portat eos aquis
scripture / Que piscine sunt
in porta filie multitudinis
gentium / quia multiplicitas
gentium generabit synagogam
[illegible] quasi filiam et pisci
nas scripture intelligentie eo
[illegible] perfundet eam // Octavus
ordo est doctorum qui [illegible]
[illegible] De quo sub
scribitur Nasus tuus sicut
turris libani que respicit
contra damascum Rex Salo
mon opulentissimus fecit
in libano delectationis gratia
turrim altissimam de qua
prospiceret contra damascum que
est metropolis syrie cuius
habitatores impugnabant hanc
turrim Ibi est ut fertur Abel
occisus Et ideo dicitur sangui
nem bibens vel siccus / quia
ibi primus [illegible] apparuit ob [illegible]

et bibit sanguinem hircinum
libanus dicitur candidatio
et significat xpm qui ipse creden-
tes facit candidos in bapti-
smate sine inquitatibus / Tu-
rris in hoc monte posita est
ecclesia doctoribus et scripturis
munita / Que contra dama-
scum i. dyabolum hircinum san-
guinem sitientem respicit
ut eius insidias provideat
et suos tales precautellam
muniat / Nasus synagoge
est sicut turris libani i. dis-
creti in ea sunt sicut prepositi
ecclesie xpi / Quia nasus odo-
res et fetores discernit / Ita
veros a falsis xpianis sec-
ernit et qui sunt firmi et
muniti contra insidias dyaboli
et vigilancia cordis intuitu
contra damascum i. contra dya(bolum)
respiciunt ut hostes ab eo
immissos vel vicia declinent
Nasus est summorum pontifi-
cum qui preceptum figuram
de quo subditur Caput tuum
sicut carmelus Carmelus est
mons in quo habitavit hely-
zeus in quo vidit igneos
currus et equites i. ange-
licum comitatum sibi in adiu-
torium missum. Et dicitur per-
scientia circumcisionis vel sci-
entia circumcisionis et significat al-
tam contemplativam vitam in
ecclesia in qua habitat xpus verus
helyzeus qui dicitur domus
salus in qua sunt angelici
comitatus ut ferant ei auxi-
lium contra hostes suos / Et
per scientiam spiritualem circumcisionis
ut circumcidat se a viciis et sci-
entia circumcisionem peccatorum respuunt
circumcisionem iudeorum Caput
ergo synagoge ut carmelus

i. ut pontifices eius sunt
sicut pontifices ecclesie qui habent
scientiam circumcisionis ut vi-
cia respuant non carnem ut
iudei decreverunt // Deinde
ordo est principum cum de-
scendentia qui per comas ca-
pitis notantur de quibus modo
sequitur Come capitis tui sicut
purpura regis vincta cana-
libus Populi tyri et sydonis
lanam unde debent facere
purpuram i. regiam vestem
sub ligneis canalibus et po-
nebant sanguinem conchili-
orum et intingunt eam. Con-
che quippe maris ferro cir-
cumcise lacrimas purpurei
coloris emittunt quibus collectis
tinctura purpurei coloris
efficitur. Unde lana intincta
vincta et induimentum regis
efficitur Come caput or-
nant et muniunt Come in
hoc loco significant principes
in ecclesia qui sacerdocium et
caput iusticia ornant et ar-
mis muniunt / Purpura que
fit de sanguine piscis est
passio xpi ut piscis in ig-
ne [illegible] in passione hamo
[illegible] mortis capti. Canales
affluencia sanctorum vel cor-
dis vel gracia. Come ergo capitis
synagoge i. principes eius
sacerdocio adherentes sunt sicut
principes ecclesie qui eam or-
nant et muniunt qui sunt
sicut purpura regis / Quia
corpus passionis xpi cruore
[illegible] fundentur ut
vestis regia xpi fiant que
purpura vincta est cana-
libus / quia passio xpi sita
est in illorum cordibus per [illegible]

lacrimas sancti spiritus vel unita
est cum aliis hoc est in septem
dona sancti spiritus. Ideo singula
sponsi membra sponse laudat
Christus singulos ac
dines salvat evangelice in fide
et opere approbat. Et nondum
Christus a sponse capite cepit
et usque ad terram descendit
laus vero sponse a pedibus
cepit et usque ad oculos capi
tis ascendit. Quia Christus de
superius ad terras descendit
Ecclesia vero de terris ad celum as
censura erit. Sed et hoc
nondum quod ibi superiora indi
gniora membra laudantur hic
vero inferiora et debiliora, quia
quanto perfecti per Christum quo ad alta
virtutum consurgunt, et infimi
vero et imperfecti per doctrinam eius
in bonis proficiunt. Praeterea nondum
est sicut enim ordines multorum
quod totidem legiones continent
demonum id est dyabolum principem
persecutorum produxit, ita sponsa
Ecclesia X ordines iustorum
quod totidem acies contra anti
christum principem persecutorum
malorum producet. Quia utique
armis decalogi pugnant
pro denario primo pro denario
secundo notandum X status ecclesie
quorum V erant ante Christi
adventum V vero erunt post
Christi adventum. Primus
status eius a deo inchoatus
subdita non scripta lege in
paradyso quod dixit Ne come
das ne moriaris quam
si servasset nunquam legi mor
tis succubuisset. Sed per preva
ricatores huius legis factus est
mortalis. Secundus status
eius erat sub naturali lege

que dixit quod tibi non vis
alii ne feceris. Hic status erat
ab Adam usque ad Abraham
ab Abraham usque ad Moysen
in quo statu una lingua
et uno divino cultu utebantur.
Tercius erat sub circumci
sione ab Abraham usque ad
Moysen in quo statu orta
est diversitas linguarum
et cultura ydolorum et sub hac
credebantur ad religionem sign
ris patriarcharum. Quartus
erat sub scripta lege a Moyse
usque ad David vel Salomonem
sub quo tabernaculo et misticis
sacrificiis ad futura instrue
bantur. Quintus erat sub
scriptis prophetarum a David usque
ad Johannem Baptistam in quo lex et prophete
cessabant. Sub quo statu
prophetica doctrina ad lucidiora
informabantur. Sextus status
erat sub evangelio sub quo ab
ipso sponso Christo et paranimphis
apostolis ad nuptias agni in
vitabantur et per donum spiritus sancti
scientia omnium linguarum fruebantur.
Septimus status est sub
martiribus sub quo a persecu
toribus impugnabantur et pro
patria cottidie coronabantur.
Octavus erat sub confes
soribus sub quo ab hereticis
et scismaticis multis modis
vexabantur sed scriptis sapien
cium ad terminum fidem imbuebantur.
Nonus status nunc est
sub religiosis sub quo a
falsis fratribus et ypocritis
deterius molestantur quam a
publicis hostibus paganis
vel Iudeis sed multitudine
claustralium quod maxime

adorat / Decimus status
erit sub antixpo sub quo
contius cruciatu corporis sub
quo erit status sunamitis
mandragora adveginum
austri quem mittet et simul
advenietem sponsum conti
pit h de synagoga quam
hystoriace dicta Cui dicit
sponsus / Descendi in ortum
meum / q d / Cum tu es pulc
ut luna electa ut sol non
est note / sed donec qz ego
sol iusticie qui illustro diez
eciam angelorum / Descendi
ad te lucidum et illuminans te
ut tu illuminares nocte id est
ignorancias infidelium ut erit
lux in diebus et posui in te ca
stra et ordinavi acies contra
vicia et feci te ortum meum
i custodiam fidelium in quo
ortum descendi per gratiam qui
deserui vineam meam scilicet
iudeam propter perfidiam / Quando
eum tria quesiverunt amara
amara testa dura nucleus
dulcis / Per hoc notantur tres or
dines in ecclesia amara qui
grati in tribulacionibus mundi
amarentur / Per testam continen
tes contra vicia duri / Per nucle
um virgines in virtutibus dulces
Sponsus eciam invenit sponsa
in orto aromatum colligentem
lilia Synagoga invenit
eum in orto meum colligentem
ma pu / quia in pace ecclesie
collegit ad regnum suum ca
stos bonis studiis redolen
tes persecucione collegit mar
tires proprio sanguine rube
tes / Et qz in ortum descendi
ut vi po qual i ut qualles
s humiles faceret bona opera
proferre / Et hoc alios ad contem
pl faceret vide / Quod cum aliis
monstramus hoc ipsi diligent
aspicimus et videndo probamus
Convallis est locus inter duos
montes positus et intelliguntur
humiles positi inter duas leges
Et ideo descendi ut viderem si
floruit vinea / Et hoc est ut ecclesias
que sunt vinee vitis vere ipsi
de fructum florere et hic ad contem
alios fructum inspicere / Et ut
vide si g ma pu ut fructum
mites fieri et alios fructum
eorum pariter vide et imitari
aliter synagoga quasi erit or
tus meus i custodia quorum
primum qui erunt fortes amari
in tribulacionibus interius dulces
in virtutibus / In quem ortum
xpus descendet per gratiam vel
poma convallium et vineas flo
rentes et mala punica vide
i ut opera humilium et fidem fi
delium et pariter martirum re
numeraret Cetera que secun
tur de synagoga intelligenda
sunt ut supra exposita sunt de
ecclesia ante tempus allegoria est
prosequenda que dicit / Nescivi sub
animus vere deus et ideo secuta
sum alienos Nec postquam co
gnovi anima mea conturbavit
me quod dicitur anima mea i anima
vita mea perturbavit me propter
iiior evangelia / Per sponsum contra
me crucifixi principibus et pharisei
Nisi primum agnitus pro bitis
et in signis eciam ibi / Porro
apostoli et eorum discipuli qui hac
quadrigam predicacionis traxerunt
diverse in / Revertere etc. ..un re.
re ut intuemur te Sunamitis
quod dicitur captiva fuit genti
litatis antiquitus captiva in
ydolatria / Hec reversa est ab
errore infidelitatis ad verum re
gem xpum per fidem reversa est

de sordibus ydolatrie per
baptismum reversa et de mala
vita spiritualiter reversa est de ritu
gentili per bona opera Aut in
tute sunt filie syon .i. ecclesie
de iudeis . que iuste in studio con
templationis fuerunt et ymitate
sunt ea / Sunamita igitur ecclesia
dicitur cum xpo eternaliter gemina
amore copulatur in congregatis
hinc in distinctionibus Sol in
doctoribus Castris in marti
ribus Iuncture cuius pulchritu
dinem / et miratur cum solita
imitatione / quia xpo allo
quitur dicens / Quid videbis
in sunamite nisi choros
castrorum . quasi diceret / Sunamita
ecclesia in summa .i. in gentili
bus captiva a tyranno /
et nunc pure libera facta /
Olim non vidisti nisi castra
discordiarum bellorum . sed iam
plus non videbis eam nisi
choros castrorum . choros dum
canentem . castra quando demo
nes et vicia pugnantem
Quos choros et castra mox
laudando commendat / quia
eorum opera ad remunerandum
approbat / Quam pulchri sunt
gressus tui in calciamentis
filia principis / Quod est dicere
O ecclesia quia filia principis
mundi s. dyaboli fuisti nunc filia prin
cipis pacis xpi valde pul
chre sunt coram me in fide et
coram hominibus in opere hii
qui te portant ad bona
studia suis exhortationibus
quasi quibusdam gressibus / et hii
in calciamentis .i. in sanctorum
exemplis priorum vestigia
gradiuntur / et te sequi hortantur
Iunctura femorum tuo
rum sicut monilia que fab
ricata sunt manu artificis . Hoc est illi
qui non iungunt duas leges
que sunt duo femora per
spiritualem intelligentiam / ut
monile te sua doctrina or
nat / que intelligentia facta
est per xpm qui est manus
patris omnium artificis quando
aperuit illis sensum ut intel
ligerent scripturas / Vm
bilicus tuus crater tor
natilis numquam indiget po
culis spiritualibus proximis pocula
veritatis / Venter tuus sicut
acervus tritici vallatus liliis
Hoc est illi qui spirituales filios
generant / Elemosinis nutriunt
seminant que per acervus
tritici .i. mercedem operum et
notatur quod vallati sunt liliis
.i. stipati virtutibus / Xpus quippe
est acervus tritici / de cuius pane
cottidie reficimur / Cuius acer
vus est multitudo fidelium / Duo
ubera tua sicut duo hinnuli
gemelli capree / Hoc est illi qui
sugunt duo testamenta que
sunt duo ubera Sed ita in divino
cultu studiosi sunt duo olim
populi iudaicus et israheliticus
qui erant gemelli .s. pares
in lege dei filij capre vide
licet synagoge / Vbi possunt
plures qui sugunt ubera effi
cientes perfecti Vel duo sunt
ubera duo precepta caritatis
Duo vero hinnuli .s. activi
et contemplativi / qui sunt
in dilectione gemelli filij
capree .s. ecclesie / Collum
tuum sicut turris eburnea

hoc e illi qui vbo et exo lo
luntur te corpus unctu
capiti sed firmi i vtutibus
vt turris et vt elephas cu
cuius os est eburneum casti
in moribus / Oculi tui
sic piscine in esebon / hoc
e illi qui pvident de futu
bona et doctina diuertitur
sua ad illa. sunt plem aqs
sapie sicut piscine i ese
bon i sct apli et pphete
qui docuerunt melorem
pmie progaudio future
glorie / Que piscine i. aplice
et pphetice doctrine sunt i
porta filie multitudinis fide
lium Que ideo filia dici quia
regni hebs credit / Nasus
quoqz tuus sic turris libani que re
spicit contra damascum / hoc
est illi qui sunt recte discre
quia vicia a vtutibus disc
unt. in hoc sunt fortes vt
turris et hoc libani i xpo
firmati ad quos timidi co
fugiunt. qz ipi contra da
mascum respiciunt. i dya
bolum cuius insidias sicientes
vigilant pveniunt / Caput
tuum ut carmelus / hoc
e sic plati tui qui te reg
unt in spualibus vt caput
tuum membra regit qui i
vitem capitis tui tibi psit
s in vtutibus alti et emi
nent te avicijs et peccatis
tentatione spuali / Et co
me capitis tui sic purpu
regis vincta / hoc e pincipes
tui adherentes fide et devoti
one capiti xpo ul predoto
sunt purpurati sanguine

passionis. sic cmo xpi clau
tesis que purpura est
uicta canalibus i. passio xpi
est fixa in illorum cordibus
ut uicta canalibus i. passio
xpi uicta domus pulcri sic
in istis omnibus es pulcra
et laudabilis cum tuctis po
pulis mutabilis / Tropo
logice aut ortus mentis e
quodlibet claustrum ul locus
singularis qui sunt ut innocentes
cotibus amaris in afflicatio
tibus intus dulces in
vtutibus sicut ortum xpc
descendit dum eis vara spi
ritu consumata tibi ut
alij cupiam alij scriam alij
castitatem alij humilitatem
Ibi videt poma cuallium
dum penitentie opa hu
milium ptalios ea videt du
cam imitantur qui precipit
dicens luceat lux vestra cora
hominibus et vi. o. vb. o. et
glo. pa. v. q. in cel e / Ibi eciam
videt vineas florentes i
cellas diversis disciplinis ac
cur sentes / quorum studia
pbat et alijs ad imitandum
demonstrat / Ibi quoqz videt ma
pu. i. patientes corpo morti
ficantes se mortificantes quos
inspicit dum alijs in exo in
ponit / Eciam vide cum est
pbac ul alijs demonstrare
ul reuiuncare / In hoc orto
ipse desclo quasiam aiam pa
turbat dum eum tuam facta
aualis vita pturbat / Et h
ppt animadib quadrigo
i. ppt quinnatam ewange
liorum xpi que ducunt alibus
impij in igne eternum Sumus

quoniam Christi est anima iusti / qui eam videns confusus turbatur dum de sua carnali conversatione confunditur / tunc vel ecclesia vel iustus dicit Revertere revertere Sunamitis revertere revertere ut intueamur te. Sunamitis quod dicitur captiva est anima in peccatis et viciis a dyabolo capta. Vel ab illa captivitate quatuor modis ad Christum revertitur scilicet primum per confessionem per bonam operationem per bonam exhortationem. Oportet enim ut peccator primus peccata penitendo defleat deinde ad prelatos confitendo confugiat deinde bene operando satisfaciat postremo alios exhortando ad confessionem pertrahat. Vel quatuor modis anima redit dum quatuor principales virtutes arripit. Qualem illi admirantes intuentur dum relicto seculo claustrum mundo mortuum ingreditur illum subitum conversionem dum conspiciunt seculares mirantur ei carnalibus dicitur. Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorum hoc est in animabus in viciis captiva. Sed nunc ad virtutes conversa non videbis amplius nisi laude dei et pugnas contra insidias dyaboli. Conversi quippe semper de propria salvatione laudant et insistunt contra vicia pugnant. Sed et in claustris sunt veri chori castrorum / quia in choris deo iubilant et in claustris quasi in castris contra demones militant. Et quia anima habet sua membra sibi congrua singula membra laudantur a Christo per propria officia. Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis anima que erat filia principis id est dyaboli quando erat ab eo captivata nunc per conversionem facta filia principis Christi. Huius gressus sunt quatuor affectus scilicet concupiscentia timor gaudium dolor qui eam portant ad opera sicut pedes corpus portant ad loca. Hii pulchri sunt in calciamentis id est dum sequuntur exempla patrum virtutes vel vitam eternam concupiscunt. peccata vel ieiunium timent. Gaudent de bonis dolent de malis. Vel gressus sunt cogitationes per quas graditur ad actiones. Iunctura femorum tuorum sicut monilia que fabricata sunt. Femora anime sunt timor et amor per que gignunt bonum opus quod est spirituales proles que erunt heres regni. Per timorem quippe declinat a malo per amorem facit bonum. Quorum iunctura est fides qua credit supplicium quod timet et credit gaudium quod amat. Vel hec iunctura est sicut monile pectus ornat et munit ita fides animam ornat. Hoc manu artificis est factum / quia fides per Christum est data. Umbilicus tuus crater tornatilis numquam indiget poculis. Umbilicus anime est temperantia. Quia sicut umbilicus est medius inter superiora et inferiora membra ita est temperantia inter virtutes et vicia media que est sicut crater tornatilis plenus poculis / quia est circumspectione rotunda et superna fecunda. Et sicut potus sitim temperat et cor letificat / sic temperantia ardorem viciorum restringit et immoderatum sermonem restituit reprimit. Venter tuus sicut acervus tritici. Venter anime est memoria

unguia retodet cibos sacre
scripture. qui similis est
acervo tritici. Quia sicut in
acervo granos cumulantur ita
in memoria multe sancte et
ymaginaciones coacervantur
Que liliis vallantur, quia
mundis cogitacionibus stipantur
Duo ubera tua sicut duo hin-
nuli gemelli capree. Duo ubera
autem sunt sapiencia et sciencia quibus
lactantur insipientes et nescios
Que sunt hinnuli capree, qui
semper alta petunt. Dum in-
des a se victos ad alta vir-
tutum scandere tribuunt. quod
duo gemelli sunt dei in gemi-
na dileccione celestia petunt
hinnuli capree dixit ad dis-
tinctionem hinnuli cervorum qui ve-
lociter currunt. Iste vero alta pe-
tit. Collum tuum sicut turris eburnea
Collum autem est intellectus
qui animam et spiritum iungit corpus
et caput. Hoc collum est
sicut turris eburnea, quia intellectus
eius est ab heresibus incorrupti-
bilis. Oculi tui sicut
piscine in esebon. Oculi autem
sunt intencio et racio quibus
videt virtutes et vicia que
sunt piscine. id est aque cogi-
tacionum plene semper singulo
meroris quod esebon sonat
crudelitate. Semper enim meret
anima dum intendit infini
supplicia et celestis regni
gaudia. Et hee piscine sunt
in porta filie multitudinis. id est
hee cogitaciones semper sunt
in meditacione mortis po-
site. Que est porta multitu-
dinis. quia omnes homines
occurrunt per eam. Nasus
tuus sicut turris libani, que respicit contra

damascum. Nasus autem
est discrecio inter virtutes et
vicia. Et hoc est ut turris
quia non potest falli ulla per
poteris per virtutem et. Et hec
respicit contra damascum quia
semper est provida contra dyabolum
ut eius fetorem fugiat
et odorem teneat. Caput
tuum sicut carmelus. Caput
autem mens est. quia sicut
membra corporis per caput re-
guntur ita per mentem cogita-
ciones anime disponuntur. Que
est sicut carmelus quod sonat
sciencia circumcisionis. quia scit
se circumcidere a superfluis cogi-
tacionibus. Come capitis
tui sicut purpura regis vinc-
ta canalibus. Come capitis anime
sunt cogitaciones mentis que
sunt sicut purpura regis, quia
semper meditantur, qualis
fuit passio christi et in regis
Et hec purpura vincta est ca-
nalibus, quia passio christi
fixa est in cordibus contemplativorum.
Secundum anagoge ortus fuit
virgo pretiosa in quem descen-
dit dum venit hominem induit
in hoc orto anima virginis.
floruit que mirram christi
protulit. Et mirre sunt tria scilicet
cinnamomum testa et nucleus.
Ita in christo tria sunt videli-
cet caro et ossa et anima sancte
sicut quod intimum in medio
tenetur dividit. est secundum carnem
que diuinum corpore christi di-
uisit. Nux ergo est sacra
scriptura cuius cortex vel
testa est littera. Nucleus vero
est spiritualis intelligencia iuxta
anagoge deficiat ad spiritum

gogam redeamus quia ad
Christum reuersam predicamus.
Postremo uero singula mem-
bra enumerata dimisit et laudat
quia singulorum cordium o-
pera ad remunerationem appa-
rent, generali laude efferens
dicens: Quam pulchra es et quam
decora karissima in deliciis. q. d.
Quia primogenitis deliciis re-
cipies pulchritudinem
membrorum tuorum vel virtutes
cordium iustorum tuorum
internis deliciis es valde pul-
chra exterius in operibus et valde
decora interius id est in virtutibus.
Et ideo michi karissima. Statura
tua assimilata est palme
et ubera tua botris. Statu-
ra ecclesie est perseverantia
credentium, que statura in
Abel crescere cepit et adul-
tam electorum perseverabit
sine staturam in apostolis cre-
scendi sumpsit exordium, id est
in synagoge conversione con-
summabitur. Palma est in fine
aspera, superius pulchra, et dicitur
victoria et intelligitur Christi vita
qui hic inferius fuit in asperitate
passionum et post victoriam
celestis fuit in pulchritudine
celorum. Statura ergo sponse
assimilatur palme que tolleran-
cle, que in terra hic fuit
aspera in pressuris. Sed victo-
ria potita de viciis pulchra
fulget in celis. Palma etiam
continet folia et cetera varia-
te staturam scilicet eadem uno fidei
misterio. Ubera ecclesie sunt duo
testamenta de quibus sugunt
predicatores. dicuntur ubera

quia rudibus prebent lac
doctrine. Qui assimilati sunt
botris pleni quo sunt vino
ita ipsi pleni sunt sapientia. Et sic
botri pressi inebriant, sic ipsi
in mundo pressi lac doctrine
exprimunt. Notandum autem
quod utraque lex tria in se con-
tinet, scilicet precepta exempla promissa.
Precepta veteris legis sunt: Non
occides, non mechaberis etc.
Exempla sunt quod David Saul ini-
micum in spelunca non occi-
dit, cum bene potuit, et Jo-
seph adulterium non fecit, cum
domina blando amplexu
constrinxit. Promissa vero
sunt: Si hoc feceritis dabo vobis
terram fluentem lac et mel. Precep-
ta autem nove legis sunt: Di-
ligite inimicos vestros et ora-
te pro persequentibus vos.
Exempla quod Christus oravit
pro suis crucifixoribus. Etiam
Stephanus pro persecutoribus
et lapidatoribus. Promissa
vero quod oculus non vidit
nec auris non audivit et
in cor hominis non ascendit
que preparavit deus diligentibus
se. Et notandum quod utraque
lex data est in igne qui habet
duas naturas ardoris et splen-
doris, quia utraque predica-
tores legis incendit, obser-
vatores illuminat. Ideo et utriusque
legis latoris facies resplen-
duit ut sol, quia utraque viam
ad claritatem eterne lucis do-
cuit. Sic namque splendida
fuit facies Moysi ut non
possent in eam filii Israel
intendere in faciem eius propter
claritatem vultus eius. Christi

notandum

lex data est in igne

v'o latori noue legis apparuit
sicut sol / Cum enim promissum
sit quod iusti sicut sol in regno
[suo] fulgebunt sic v'o xpi
latores noue legis facies
sicut sol in monte resple
duit / quod tunc eo helyas et
enoch et moyses lator-
em veteris legis apparuerunt

/ Dixi conscendam in palmam
et apprehendam fructus eius
etc. Similitudini quoque statura
presciencie tue assimilata
est palme scilicet victorie mee
hoc ideo est quia ego as
cendi in palmam et traxi
post me ad victoriam vel
est exaltatus sum in cruce
omnia traxi adhuc in quibus
et te duxit cum in infinitum
apud patrem ante secula di
sponit / quia ascendi in palmam sed
est in virtute magna vincens
tyrannum Et tunc apprehendam
fructus eius in omnibus salvan
dos quorum primus sunt ultimi
iudei Et victo tyranno
fugitiuos adhuc trahams
Similitudo est ab illo qui arbo
rem scandit et pendencia
poma attrahit Sic xpus in ar
borem crucis ascendit et
electos in multis erroribus
dispersos ad se collegit fructus
tus palme crucis sunt tercio
ascensio adventus spiritus sancti et salva
tio Quos fructus apprehendit
xpus / quando humanum genus
in adam mortuum suscitavit
quia ad vitam eternam in corpore
resuscitavit Et ascendens
humanam naturam super dignitate
angelorum exaltavit et hominibus
scientiam omnium linguarum spiritum
sanctum dedit et omnibus prophetiam

secundum mortis sic salvavit
Ideo autem quasi synagoge
palma crucis in memoriam
reducit ut memoret se per
crucem redemptam et diligat
redemptorem / Et per hanc
palmam erunt ubera tua sicut
botrus vinee et odores tui
sicut malorum Botrus vinee
qui est dulcis ponitur ad distinc
tionem botri silvestris qui est
amarus Ubera synagoge
sunt predicatores / qui lac doc
trine prebent rudibus Vinea
est ecclesia Botrus est xpus de
quo fluxit potus vite Erunt
similes doctores synagoge
in antixpi persecutionibus
et fluent dulcis vite in fidelibus
Odores synagoge vero sunt fa
ma et opinio bone operationis
qui sunt sicut odor malorum
scilicet arborum id est sicut predicatores
apostolorum Apostoli quippe fuerunt
sicut mali in quibus odor
et fructus quia odore pre
vite presenserunt et dulci fructu
doctrine alios refecerunt
/ Et non quoque predicatores sy
nagoge xpo assimilantur
in pressuris persecutionum. pre
dicatores vero eorum predicaci
onibus apostolorum quoque tribute per
secutionis erunt quoque in illis
tormentis flecti nequeunt
Et portant palmam victores
erunt Guttur tuum sicut
vinum optimum Guttura sy
nagoge sunt presentes verbum
doctrine Qui sunt sicut vinum op
timum quia sicut sicut doctrina
inebriant sitientes iustitiam
sic optimum vinum non inflat
et effugit guttur est secundum
Secundum parem quoque etiam in
evangelio virginibus comparantur
que per libris legis ad amores

sponsi cernitur / et in hoc can-
tico amoris quinquies pul-
critudo membrorum eius laudatur
et quod quinque ecclesie hic descri-
buntur scilicet primitiva ecclesia et ecclesia
gentium ecclesia perfectorum in perfectione
desudantium / ecclesia in perfectione
in pace militans / ecclesia syna-
goge ad fidem conversae / quia
in quinario numero fides et
operatio notatur / quia in ternario fides
trinitatis in binario operatio
gemine dilectionis / Prima laus
est primitive ecclesie ut scribitur
Ecce tu pulchra es amica mea
in qua tria membra scilicet Gene
collum et oculi laudantur
et tres ordines iustorum in ecclesia
videlicet apostoli monachi contem-
platores penitentes significantur
Oculos quippe apostoli eius duces
Christi fuerunt qui eam de tene-
bris ignorantie ad lucem veri-
tatis reduxerunt / Collum nota-
ti sunt religiosi qui contempto
mundo communem vitam ducunt
qui spiritualem cibum doctrine
decerpite Christi acceperunt et
in corpus ecclesie vivendo et do-
cendo traiecerunt / Per genas
penitentes denotati sunt
qui se peccasse erubescunt
hoc ideo laus ternario conti-
netur quia trinitatis fidem ecclesie
primitive notificant / Secunda laus
est ecclesie gentium ut scribitur
Quam pulchra es amica mea in qua
septem membra laudantur
quia septem rebus iusticiis
comparantur / et in membris ordi-
nes ecclesie in rebus virtutes
eorum intelliguntur / qui ordi-
nes septiformi spiritu distri-
buuntur dum alii spiritum sapientie
et intelligentie / alii spiritum consilii

alii spiritum fortitudinis / alii spiritum
scientie / alii spiritum pietatis / alii
spiritum timoris domini pleni refor-
mantur et per septenarium gra-
tie requiem accipiunt qui post
vii dies seculi omnibus iustis
dabitur // Tercia laus est
ecclesie in perfectione sudantis
ubi scribitur Quam pulchra sunt
mamme tue soror mea / Quia
laudem senarius dedicavit quod
perfectionem designat quia in
sex etatibus vi opera im-
pagunt perfectionem gaudium pos-
sidebunt / Quarta laus
est ecclesie in pace degentis
ubi scribitur pulchra es amica
mea in qua tria membra
laudantur et tres ordines
electorum scilicet coniugati virgines
vidue insinuantur qui trinitatis
fide decorantur // Quinta laus
est synagoge ad fidem conversae
ubi scribitur Quam pulchra
es et quam decora karissima
quam laudem senarius pos-
sidet quia hic ecclesia perfecte
fulget Et hanc laudem
precedit laus x membrorum
signans totidem ordines electorum
qui per legis decalogum precep-
turi sunt vite denarium //
Rotundum autem quod laudem
primitive ecclesie et laudem
synagoge precedit laus mem-
brorum laus vero ecclesie gentium
et aliarum precedit / Et sequitur
laus membrorum / quia multi
ordines iustorum primitivam ecclesiam
et synagogam conversam preces-
serunt / qui utrumque fecit
scriptis et dictis vix continentur
Ecclesia vero gentium ad primam
vocationem apostolorum ad Christum venit
et sibi ordines instituit
ideo laus eius precedit

Quartus tropologia delicie fi-
delis anime sunt sacre scripture
in hiis deliciis est anima fidelis
pulchra que spe caret contra
fide fulget in hiis est decora
si bona operacione splendet
et sic est christo carissima. Huius
statura est perfectio virtutum
que a primis fidei rudimentis
cepit et proficiendo crescit in
virum perfectum id est in perfectione
virtutum. Hec statura palme
assimilatur que in inferiori
angustatur in superiori dila-
tatur. quia studium virtutum
in primis est parvum angustum
postea per contemplacionem latum
Huius ubera sunt scriptura et scientia
quibus indoctos quasi parvulos
lactat. que assimilata est botris
quia plena sunt doctrinis. Vel
ubera anime sunt duo precepta ca-
ritatis de quibus fluit lac doc-
trine utriusque legis que botris
comparantur quia inde pressura
et doctrine habundancia. Anima
in palmam ascendit quando se
per victoriam crucis se palma-
rum credit. Fructus palme
apprehendit quando dignum corpus
domini comedit quod in arbore
crucis pependit. Vel fructus
eius apprehendit dum premium
vite per crucem propositum percipit
Per considerationem crucis eius ubera
sunt sicut botrus vinee non
sine. quia sic predicationes
eius sunt dulcedine plene
[illegible] vox instruitur
secundum diversitates sensuum
In hoc quippe loco ubera anime
sunt eius doctrine primo pre-
dicationis plene ut botri vinee
Cuius odores sunt sicut malorum
id est opinio virtutum eius sicut
sanctorum vel orationes eius sunt
sicut odor incensorum. Guttur
anime est vox laudis vel confessi-
onis eius quod sit vinum opti-
mum. quia non inflat inebri-
ando. sed letificat cor
vivificando. Quintus anagogia
anime delicie ecclesie cum christo
regnantis sunt gaudia pa-
radisi exultacionibus. In hiis de-
liciis est ipsa pulchra et
decora quia in hiis fulget
ut sol et luna cum christo et
angelis est [illegible]. Cuius
statura est equalitas an-
gelorum. quia palme est assi-
milata. que ultimis finibus
angustata in terris. in celestibus
vero dilatata. Cuius ubera
sunt comparata botris. quia apostoli
et alii doctores sunt pleni
poculis eterne dulcedinis. Hec
in palmam ascendit. Quia
per victoriam crucis ad lignum
vite pervenit. de quo scriptum
est Vincenti dabo edere de ligno
vite quod est in paradiso dei
mei. fructus eius apprehendit
de quo qui comederit non
morietur in eternum. Ubera eius
sunt sicut botrus vinee. quia
gaudia quibus pressuris inde
inebriata sunt sicut gaudia
in cruce pressi. Ipse est enim
botrus vinee qui totius
ecclesie fons vite inebriatur
a christo quando ei dicitur Intra
in gaudium domini tui. Cuius
odores eius sicut malorum
[illegible] Hec est delicie eius erunt
sicut angelorum et guttur eius
erit sicut vinum optimum id est
laus eius erit sicut laus epu-
lancium. dum [illegible] gutturi
[illegible] laudabunt. Hoc
est dum christus presentes
[illegible] per dictam [illegible]

approbando optimo vino quod
vinit [?] ipsa verbum predicationis salutis
mundo datur de corde loquentis
recepit dicens. Dignum dilec-
to meo ad potandum labiis
que et dentibus illius rumi-
nandum. q.d. mea prima
predicatio per te ideo optimo
vino collata, quia predicato-
res non inflat, sed audito-
res edificat. Et digna dilecta
mea ad potandum. hoc est
dignos facit quos ipse po-
tat, quos in corpus suum
certum est suave vinum fu-
dat. et digna est labiis et
dentibus illius ruminanda
i. doctoribus illius in corde
condebant. Dentes Christi sunt
scripture expositores. labia
eius sunt composita presentes.
Hii optimum vinum ruminant
dum suavem doctrinam in ventre
memorie condebat. Dentes
Christi sunt scripture expositores.
labia eius sunt composita pre-
sentes hii optimum vinum
ruminant dum suavem doc-
trinam in ventrem memorie
recondunt. Et iterum ad po-
tandum recta [?] sicut
petrus dum ruminat escam
suam comestam de ventre
in os retrahit et mandit
Et iterum in ventre recondit.
Et nota. Quod sponsus
vinum potavit et labia den-
tesque ruminant. quia doctores
cum magno labore scriptu-
ras exponunt et presentant
et auditores vinum quod tantum
ipse vero faciliter inter inspira-
tionis predestinatos convertit
Et quod potum sine difficul-
tate in corpus eorum fundit

Sponsa post receptum verbum
ab ore sponsi gutture aperit
et verbum salutis quod optimum
vinum elegerit et gentibus
adhuc incredulis propinat
dicens. Vos gentes incre-
dule gustamini ad Christum et
recipiat vos sicut et me re-
cepit. Quia ego dilecto meo
gustata sum et adhuc gustatio
eius facta est. q.d. Ego sum a
initiis adhuc diu receptus.
Ego synagoga a Christo diu
aversa ad eum sum iam con-
versa. Et ipse conversus est adhuc
pergitur qui diu aversus est
ante presidium. Potest et
hoc de ecclesia gentium intelligi
que dicitur adolescentulas. Ego
dilecto meo et adhuc conversio eius.
q.d. Ego prius conversa adeo
ab omni errore ad eum sum
conversa ut eius et domestica.
Et ipse prius humano gene-
ratus adhuc est conversus natu-
re mortalitatis quam indutus.
Et nos quoque de mala illa conver-
sione conversi ad primam et
convertet se ad nos per indulgen-
tiam. Tropologice fidelis
anima ad dilectum convertitur cum de
mala vita scilicet ad spiritualem
convertitur. Anagogice autem
etiam ad superna suspirans
ad dilectum se convertet dum de
mundo ad celum migrabit
Et ipse se ad ipsam convertet cum
eam in societate angelorum
recipiet. hec in ipsis ad supra
gogium intrauit in ma-
ngoria in receptibus intra-
bit etc.

Postquam totus conventus
[?] in aulam

regis est receptus et re-
galibus nuptiis admissus.
Sicut ab aquilone nova spo-
sa cum magno apparatu scilicet
mandragora sine capite
sponso adducitur. cui abscon-
ditum caput imponitur
dyademate redimitur et nup-
tiis recipitur. Sunamitis autem
de regia urbe egressa invenit
mandragoram regalem
puellam sine capite in agro
iacentem nimium compassa
et ad regem regressa ob-
nixe supplicat ut secum
eat misere subveniat.
Rex ergo cum Sunamite in agrum
veniens et lucernam mise-
rabiliter nudam inveniens
elevat vestit aureum
caput imponit ad nuptias
introducit. Mandragora
est herba formam humani
corporis habens sine capite.
Et intelligitur multitudo infi-
delium que tunc erit cuius cap(ut)
antichristus est qui est cap(ut)
omnium malorum. Sed caput
mandragore amputabitur
quando antichristus occiditur. Post
occisionem cuius videns Syna-
goga quamplurimam multitudinem
infidelium sine capite anti-
christo et esse tunc vere capite
christo sublimari dicit sponso
Veni dilecte mi egrediamur
in agrum commoremur in villis.
Quod est dicere O dilecte mi
quem pre omnibus diligo qui
adhuc per gloriam venisti et
primam domorum visitasti.
Veni etiam nunc propter
ad multitudinem infidelium
et visita eam per ipsam
inspiratione et per predicato-
res. Egrediamur in agrum

mundi et peregrinum per plures
semen verbi dei tibi inspiran-
do. ego predicando et operando et
docendo. Commoremur in vil-
lis id est paganorum conventiculis. Se-
mane surgamus ad vineas. Sic
est natura sicut ceteris
ager est christianis pluris an-
tea erat cultus ville vero sunt
pagani infidelitate et viciis
inducti. Dilectus qui in occulto
sedet. dum christus per suos per-
manifesta flagella ad conversi-
onem non ammonet vel
infideles per predicatores advo-
care non vocat. Cum ad publicum
in agrum egreditur dum primos
manifeste flagellat ut se
corrigant vel infideles per predica-
tores ad fidem convocat. Et
vero qui in occulto latet dum
contemplationi vacat et pro-
curantibus non predicat. De oc-
culto in agrum egreditur. dum
ad publicum predicationis atti-
gitur. Post mortem antichristi
sponsus et sponsa in agrum
conveniunt. quia christus et ecclesia
prelatos consilio invicem quales
christianos propter timorem anti-
christi ad perfidiam prolapsos ad pe-
nitentiam revocent vel ad hunc
incredulos per predicatores fide
convertant. Dum paganorum conven-
tibus maxime predicando
immorantur et hoc in villis
commorantur. Multitudo est ab
illis qui in agro parati sunt
vadunt in villis ad spectaculum
conveniunt. Nox fuit tempus
persecutionis antichristi. Mane
vero tempus pacis. Post mortem
antichristi mane ergo sponsus
et sponsa ad vineas surgunt
qui quasi in nocte dormierunt
dum se per necem antichristi
ad secularibus ecclesias erigunt
vel sub eo destructas renovant

xvii

vel dispersos congregauit. quas
sub eo destrui viderunt. Sed
heu dormiendo non resisterunt.
Sequitur Videamus si floru
it vinea si flores fruc*tus* parturi
floruissent mala punica hoc est
predicatores faciamus eos vide
re vinea scilicet synagoga in fide
floruit vt eam in fide imite
tur. Si imitatores martirum
in paciencia floruit vt illos i
mitentur. Ibi dabo tibi vbera
mea hoc est in illo agro pro
feram ad honorem tuum omnem
doctrinam vtriusque legis que sunt
vbera mea vt iudeis in fide
sugant inde lac doctrine. Et
postquam ego exposui vbera mea
mandragora dederunt odorem
suum in portis nostris. Mandragora
vt dictum est herba formam
humani corporis habens. sed capite
carens ad multas medicinas
vtilis. et intelligitur gentilitas
que tunc carens honore suo
sed christum caput fidelium non
habens. et multas vtiles sectas
habuit. hunc sponsus autem
caput imposuit aliquem ei decen
sum. que omnia transcendit vt
aurum omnia metalla in fide
proposuit gloria et honore coronabit et
in claritate sue visionis. Sibi
copulabit. Mandragore autem
sine capite sunt pagani sine
capite christo ablato sibi capite
antichristo hii dederunt odorem
in portis id est odorem bonorum operum et
virtutibus perpetuis intraturi ad ce
lum ad beatitudinis premium. Vel
sic. porte christi et ecclesie sunt
apostoli et prophete in hiis portis
mandragore odorem dederunt
quando pagani ad christum conuersi in
doctrinis apostolicis et propheticis
famam bone opinionis ser
uauerunt. Non solum verba dabo tibi

xviii

Sed eciam omnia poma noua
et vetera. Dilecte mi seruaui tibi
hoc est non solum doctrinam vtriusque
legis tue contendentes proferam
Sed eciam omnia opera apostolorum noue
legis et omnia opera prophetarum veteris
legis seruaui tibi id est pro te ex
ponenda illis. Et non solum illorum
opera. sed eciam tua seu opera tua
illis narrabo. que vtinam vi
disse oculis vt illi videre. Ita
intelligi scriptura voluit. Quis
michi det vt te fratrem meum
hoc est quia de sanctis pa
triarcha vel propheta possit michi
conferre vt inueniam te foris
vt videam doctorem mirabilia
facientem in carne cum hominibus
conuersantem. Sic te olim viderunt
quorum oculi beati fuerunt et de quibus te
stantur Symeon et Anna et alii
quamplures. Et audiam conuerte
tuo verba patris pro te reddite
hominibus. Et iam nemo ex fidelibus
despiciat me hactenus fecit
dicens me contemptam et repro
batam te deo meo gloria con
sistentem fratrem meum de ma
tre genitum generaliter sugentem
vbera matris mee id est interrogan
tem doctores de lege et prophetis
que sunt vbera matris mee
synagoge. quando scriptura pueris
in medio doctorum audiens
et interrogans illos vel quando
predicabant in synagogis de
lege et prophetis legebant et
aliis exponebant. Nota quod
adventum et secretum in agro
de ambulationem loquentur
per quod nimius affectus amo
ris vel doloris cognoscitur.
Istud quippe est quod quoddam
sanctimonium. fidelis synagoga
nimium dolens quod mater
sua infidelis synagoga

vm c

dum glorie crucifixit que tot miracula fecit vidit quando diceret Utinam esset possibile ut Christum per legem et prophetas michi promissum patribus nostris dum missum in humana carne de sinu patris foris egressum ita sicut ipsum possem videre de mea progenie natum meum fratrem sugentem legem et prophetas spiritualiter exponentem multa signa facientem ut eum toto corde amplecterer et amplius a nullo spiritualiter contempnerer a regno despicerer. Similitudo eius ab illo qui summo attempta diligenter observat sicubi dilectum suum foris inveniat ut ei loquatur et eius consortio perfruatur. Sed quia te in carne ut illi non possum videre saltem apprehendam te fide mee fugientem in divinitatis sublimitate et ducam te predicando in domum matris mee scilicet in iudeam que est domus matris mee synagoge. Et cubiculum genitricis mee id est in illum que est cubiculum legis matris mee vel iudeos ad fidem incredulos fugientem a tuam cognitionibus sibi tenentem apprehendam orando et ducam te docendo et exemplum probando in domum probando matris mee id est in multitudinem synagoge matris mee et ducam te in cubiculum genitricis mee id est in spiritualem intellectum legis matris mee ut per legem et prophetas intelligant te verum deum esse. Ibi me docebis scilicet in illa fide michi cognitionem tuam manifestabis plenissime per legem

et prophetas. Et dabo tibi poculum ex vino condito. Hoc est per intellectum fidei faciam tibi plurimum ex multis virtutibus compositum tuo corpori gratie infundendum ut sicut vinum ex multis speciebus conditum et mustum malagranatorum meorum subaudi dabo tibi id est divinum servicium ex imitatoribus martirum impendam tibi. Malagranata sunt eadem que et mala punica que rubra sunt et granis plena quorum succus saporem habet. Mustum significat autem parietes martirum imitatores bonis actibus ut granis plenos et doctrina ut musto fluentes. Per vinum ergo doctores veteris legis primum intelligunt doctores nove legis quorum laborem offeram tibi ad honorem. Sponsa itaque vino et musto accepto a sponso amplexatur eum cum plaude gratulabunda taceat. Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Divicias et gloriam mundi eius amori postpono et sola eterne beatitudinis premia ab eo recipere diligo. Caput ecclesie est Christus cuius leva sunt presentis vite gloria dextera vero illius beatitudo eterna ut scribitur longitudo dierum in dextera eius in sinistra illius divicie et gloria. Leva ergo sponsi sub capite sponse est quando amorem super divicias mundi proponit. Et dextera illius amplexabitur eam quando thorum sponse in eterna beatitudine constituit. Et quia hec eum diligit ille [illegible] eterne supinus ascribitur. Ille nunc summum conversione synagoge repetitur quia eadem professio fidei et operacionis in ista

que in illa invenitur. Sub
hunc sopore sponsi sponsa que
amore et dolore fatigata
obdormivit / id est cunctis ter-
renis negociis se subtraxit
et solis celestibus contemplandis
tota intendit. Quam filie ie-
rusalem i. ecclesie universalis
ecclesie filie ab hoc sompno
excitabant dum spirituales ad
predicacionem excitandum provocant
Quod sponsus prohibet ne
lucri causa ut spiritualem fimo
ris gratiam fiat dicens. O vos
ecclesie universales ecclesie filie
eternam pacem in superna ierusalem
visure. Adiuro vos i. fidei
sacramento constringo vos ne
dilectam meam synagogam
nunc adhuc quasi iam acquiete
suscitetis que quiescit a secu-
li negociis nec evigilare fa-
ciatis a sompno sive contemplacionis
donec ipsa velit ad laborem predi-
cacionis attingi sola causa
dei. Iste versus in hoc libro est repe-
titus. Primo pro tunc ecclesie Secundo
ecclesie gentium. Tercio synagoge
que se amoverit et concordia
omnium in una fide caritatis
nota. Istud quod hystorice de
synagoga dictum allegorice
quod de ecclesia gentium intelligitur.
Sponsus eciam sponsa egredi-
untur in agro id est christus predicato-
ribus ecclesie semen verbum di-
spergit per mundum. Ecclesia civi-
tatum in villis eciam illa
commoratur. dum in populis in urbi-
bus et in villis habitantibus
per predicacionem commoratur. Mane
tunc illa surgit ad vineas
dum festinat facere multas
ecclesias. Nox fuit ab adam
usque ad christi incarnacionem. Deinde
fuit mane quo lux vita

tis resplenduit usque modo mane
christi et ecclesia ad vineas sur-
rexerunt i. quia per christum. in
multis ecclesias instituit. Cum
illa vineam florere et flores
fructus parturire et mala pu-
nica florere videt dum alios
in fide florentes alios fidei s
fructum proferentes alios martyrium
passos in ecclesia intuetur i.
decorem preposuit. Ibi dedit sua
verba quia talibus protulit christi
tempora utriusque testamenti
dogmate. Post hec. Mandra-
gore dederunt odorem in portis
nostris. quia iudei sine tempore
christo formam sue conversacionis
semper servant in populis institu-
tum in fide et dilectione vite
portis. Omnia poma nova
et vetera sponsa dilecto servavit
quia omnia opera nove et veteris
legis ad honorem christi ecclesia
iudeis proposuit. Similitudo
est ab illo qui diu absenti a-
mica poma servat que rever-
tenti leta offert. Ita ecclesia
iudaico populo diu a fide peregri-
nanti misteria utriusque legis
servavit. Que ei ad fidem
venienti per christum reseravit
Christus fuit frater ecclesie quia
deus suum naturalem patrem
fecit per graciam ecclesie patrem
et ipsam fecit sibi sororem
s. regni celestis coheredem
Hec verba matris sue videlicet
primitive ecclesie suxit per se-
sturus christi cibus lege et prophetas
impletis proposuit. Ipsa dilecto
foris invenit dum verbum
carne factum credidit. quod prius
in tribus latuit dum verbum in
principio mansit illum osculum
sumpsit dum pacem sibi
reparatam reddit dum audivit. Hinc
postea nemo despexit eam

propter xpm sedata persecucione
omnium regum et principum
eam honorauerunt. Ibi dilec
tum eius perpetuum apprehendit
et in domum matris sue in
duxit dum operando et predi
cando xpm in corpus ipsius
synagogam introduxit et
in cubiculum genitricis sue
introduxit dum eum in intel
lectum iudaice gentis duxit
que genus eius mater et
nutrix extitit, quia ex
illa apostoli nati sunt et etiam
prophete regenerati et doctrina
legis nutriti. Ibi est doctrina
ecclesie ipsa peregrinum xpi est
vocata synagoga aut propter
falsam iusticiam exercentibus
nunc iterum peregrinum illuminata.
Hic ecclesia dat xpo poculum
ex vino condito dum offert
ad honorem xpi bonum opus
sapiencia et caritate et secunda
inebrians proximos vel dum
offert in sacrificio sanguinem
de vino consecratum. Et
dat xpo mustum malagra
natorum dum exhibet diui
nitati sinceram bonis virtutibus
repletorum vel dum profert
verba de virtutibus sanctorum. Leua
dilecti sub capite eius est
et misterium incarnacionis
et dona que dat in presenti e
runt sub capite i. submerse
eius quia per ea sustentata
in presenti contra perturbaciones
mundanas quiescit et quo
dam modo in deo dormit.
Et dextera eius i. futura bona
et plena ipsius visio amplexa
bitur eam quia ita in diebus
amplexabit eam ut nullus
turbo impetere possit ...
... hanc a compluribus se
cularibus excitant dum eam

a quiete contemplacionis ad ex
tera negocia ut hic temptat
Beda. Peceptiunculis eos ad
inuitat hec hoc tunc contra
faciant. Tropologice fidelis
anima in agrum egreditur in vil
lis commoratur dum agrestes
vel villanos in bonis moribus
instruit vel dum quasi spiri
tualibus intromisso lectionis
orationis studio manibus labo
rat suis ut habeat unde
tribuat necessitatem patienti.
Mane surgit ad vineas dum
se totum erigit ad imitandas
claustralium vitas. Claustra
lem sunt spirituales vinee in
quibus sunt pocula vite fi
delis quasi flores vinee.
Fructus flores flores ma
lorum punicorum videt dum
fidem ecclesie opera fidelium paruulorum
incrementum imbui studet.
Ibi dat ubera prima dum profert
doctrina germine caritatis
Que dabunt mandragore
odorem in portis quia seculares
in quibus qui sine capite
fuerunt dum nullum prelatum
habere voluerunt fructum bone
operacionis que sunt porte
vite porrigunt. Omnia poma
noua et vetera seruat dum
congregans omnia opera antiquorum
et modernorum paratum ad imi
tandum sibi congregat. Hunc
sibi fratrem facit cum eum
coheredem regni eligit. Que
ubera matris fideles et
anima sugit dum duo testa
menta ecclesie matris fidelium
sensibus in unum habitantibus
premulget exponit. Vel mater
aliquorum huius est congregatio
spiritualium cuius ubera sunt
regularia instituta. Hunc
xpus sugit dum quecumque

quisum regularibus disciplinis
instruit. Xpm foris inuenit
qui opera dilectionis in necessitate
proximorum peragit. Hinc inter
lubeuit cum deliciis celestibus
per xpm vincit, xpm deos
culatur qui ei intimo amo
re coniungitur. Hinc nemo de
spiciat, quia 2 angelis et homi
nibus placet xpm quem per manus
apprehendit et in domum ma
tris sue inducit. Quia bona
opera in claustro dum conversacionis
matris quisque inducit
et in cubiculum genitricis sue
matris dum cum mente intelli
git docet ibi s. in claustro docetur
quod quisque in celo percipietur
Ibi dabitur ei poculum de vino
condito i. doctrina de scrip
turis sapiencium composita et
mistum mella graciam [illegible]
i. operum iustorum illecta xpi est
sub eius capite i. bona principis
vite sunt sub eius mente. Que
est caput eius et dextera eius
amplexabitur eum i. virtutes et
bona opera in corpore opera i. [illegible]
virtutes. Sub hac dextera
obdormivit dum terrena
oblivisceritur et celestia contem
platur et [illegible] cum abhac
[illegible] rethat ad seculi [illegible]
[illegible] a xpo perceptum
admiratur. Angelus [illegible] aut
[illegible] peregrinans cum xpo
magnum floribus plenum
egreditur dum de hoc mundo
migravit paradisum voluptatis
cum xpo ingreditur Pavillis
[illegible] dum in mansionibus
sibi a deo patris recipitur
Mane surgit ad vineas dum
in die iudicii se eriget ad
supernas ciuitates. Totum [illegible]
tempus hominis seculi est quasi
nox ad comparacionem futuri seculi

Dies autem iudicii est quoddam
mane eterne diei que me
lior est super milia annorum
ut vita eius quam hominis est
quasi nox. Mane autem vite
future in quo mane quilibet
fidelis surgit ad vineas
dum post mortem pervenit
ad celestes ciuitates. Ibi videt
flores vinee et florum fructus
et malorum flores punicorum
i. premia fidelis et denarium
qui dabitur bene operantibus
et mercedem que reddetur
meritoribus. Ibi dabitur eterna
xpo sua verba que doctores
utriusque legis reputabit in
eterna gloria. Ibi mandragore
inpetus dabunt odorem. Quia
in morte que est porta vite
dabunt viventibus sue vite
opinionem dum miraculis
coruscant in terris que [illegible]
vivunt. Merites qui mandra
gore olim fuerunt dum dya[illegible]
capud omnium malorum [illegible]
[illegible] et xpm omni capud
iustorum induerunt. Et [illegible]
ut mandragora multis mor
bis medicina sunt. Ibi bina
poma nova et vetera sponsa
dilecto servant quia bona opera
sanctorum veteris legis et omnia opera
iustorum nove legis eterna celestis
xpo recompensanda reputa
bit. ibi xpm fratrem suum s. hominem
de humano genere natum in deo
videbimus. Quia eam sororem
scilicet regni coheredem fecit sug
ens ubera matris eterne sugit
quia diutius [illegible] grandis cele
stis ierusalem i. angelorum plena
iter hic [illegible] in gloria humanitas
patris eterna inveniet. Que
hic foris in terra per fidem
vidit. Que diu optatum de
osculatur dum eius dulcedi
ne mentura pace copulabitur
Hac amplius nemo despiciet

quia equalis angelis erit
que hic obprobrium hominum et
despectio superbis fuit Ibi dil
ectum deum quesitum pro
tinus aliquem inventum et a
dilectione apprehendet et in domum
matris sue i. ecclesiam
ierusalem que est domus matris
eterne angelice inducet dum
cum illo in illas eternas nup
tias introibit Et in cubicu
lum genitricis i. in secretum
glorie trinitatis ubi quam in
patria gloria videbit Ibi do
cebit eam dominus quod nec
oculus vidit nec auris au
divit nec in cor hominis ascendit
que preparavit deus diligentibus
se Ibi dabit ei poculum ex
vino condito et mustum
malagranatorum i. plenum gau
dium et angelorum et hominum quod
erit ut vinum et mustum que
sunt leticia epulantium vel spo
sa dabit dilecto vinum et mu
stum quia de se veteris et
nove legis profert quibus
dabitur plenum Ibi erit leva
sponsi sub capite eius quia
omnem gloriam mundi videbit
sub potentia christi qui est caput
eius et dextera eius ample
xabitur eam quia angelica
societas et sanctorum numinum
tas que in dextera dei in iudici
o erunt illam sibi associabit
In hac dextera a bonum perturba
tione requiescet Et nemo
eam ab hac quiete excitabit
Quia gaudium nemo tollit
ab ea Commanente in brachio
sponsi dormiente Ecce ma
nu gloria aureo capite ador
nata cum magno comitatu
sponso adducitur que a choro
filiarum ierusalem cum hac laude
excipitur // Que est ista que
ascendit de deserto deliciis
affluens innixa super di
lectum suum i. fidelem syna
gogam post persecutionem hostis
in pace quiescente multitudo
infidelium antichristo ablato
et vero capite christo accepto
predicatoribus christo coniungi ad
celum ducitur aliis coniunctis
fidelibus hoc tripudio laude
excipitur Que est ista que
ascen de deserto infidelitatis
ascendit perinde hec est cum
gloria et quanta digna laude
est ista que de deserto infide
litatis ascendit perinde virtu
tum scilicet operum pro variis
in deliciis affluens nunc
deliciis spiritualibus scripture
vel operibus iustorum affluens
nunc ipse confidens sed innixa
super dilectum suum i. spe toto
in eo ponens super eo solo est
omnibus pilus unde scribitur non
est aliud nomen datum sub celo
in quo oportet salvari Multi
tudo est ab illo populo qui eductus
est de egypto de illo deserto per
iter ad terram repromissionis
ascendit deliciis legalium ob
servationum et tabernaculi mini
steriorum affluens innixa super
moysen dilectum suum et sancte
plebis qui de infidelitate ad
celum vel de mundo ad eternam
gloriam per christum ascendit
deliciis scripturarum affluens
in solo duce suo christo confidens
Corona sponse adveniens in
gressu huius urbis est ab eo
recepta Sub arbore mala
suscitavi te quod bene quod
fecisti quod adhuc venisti quia
te mortuum suscitavi ut
caput tibi imposui Quod
autem dicit Sub arbore mala
suscitavi te ad totum tempus
genus respicit quod sub arbore
paradisi mortuum per arborem

uel propinquum suscitatum Ubi
scilicet sub arbore maledictionis cor
rupta est mater tua ubi vio
lata est genitrix tua mater
humani generis est humana na
ture que ante peccatum erat incor
ruptibilis impassibilis immor
talis per fallaciam autem dyaboli
corrupta facta est passibilis et
mortalis Porro genitrix
eius erat Eva mater omnium
erat ante peccatum inviolata
quia nec corrupta nec sordibus
polluta Sed nunc perpetua sepa
ratione violata. mox corruptionis
sordibus et doloribus est subiecta
Sed Christus corrupte matri in
corruptionem reddidit dum huma
nam naturam in sua persona in
corruptibile resurgens a mor
te fecit Genitricem violatam
reparavit dum virginem genitricem
suam inviolatam servavit
Dicit ergo sub arbore mala fui
te quasi unigenitati generis
humani dicit sub arbore Christus
te morte mea suscitavi de
morte peccati que propter
eius sub arbore inobedientie
ubi corrupta est ad ima mater
tua humana natura quando
ornatum suum scilicet obedientiam
abiecit cum de interdicto pomo
comedit Et ideo depravata
quia mox incorruptionis
et immortalitatis honorem ami
sit Et ubi violata est a per
fecte genitrix tua Eva que
de paradyso pulsa honestatem
perdidit corruptionem et dolorem
invenit pariendi Et quia
de morte adiutrix suscitavi
te. Pone me ut signaculum
super cor tuum. hoc est ita
ymaginem meam scilicet tui ani
mi in pectine memorie tue sic
signaculum cere imprimit ut
ymago exprimatur ut me
ita diligas sic ego te dilexi

Quia pro te animam meam posui
Et ponite me ut signaculum
super brachium tuum. Hoc est
Christum pone me super operatorem
tuam ut ita operaris sicut
ego qui inimicos dilexi et
pro impiis mortuus sum Per si
gnaculum quippe ymago
patris memorie perpetua
recipit apud antiquos in
anulis et in armillis lapillos
sculptos portabant quibus
litteras amicis missas signa
bant Inde similitudo ista traxit
Sigillo est ymago insculpta
que cere impressa ymaginem
reddit Sigillum est Christi
humanitatis ymago insculpta
est divinitatis Cera vero humana
anima ad ymaginem dei formata
Christus quippe ut scribitur
est ymago dei invisibilis quia
patri equalis quam ymagi
nem deus homini impressit cum
interiorem hominem ad ymagi
nem et similitudinem dei creavit
In ymagine trinitatis in simili
tudine nostri creatoris huma
nitatem Christi in corde suo fert
qui cum patre cogitat Huic
sua ymagine imprimit cum
humanam naturam in divinitate
unitam reddit Signaculum
Christi super brachium suum ponit
qui Christum in operationibus sibi
adimitandum proponit Et in sancti
tate et iustitia sanctitudo ad similitu
dinem sui dei conponit Et quia
sua opera Christi nunc sunt proposi
ta imitanda scilicet inimicos in
tantum dilexit ut pro impiis
moreretur Et hoc ideo quia
fortis est ut mors dilectio
tua sic infernus emulatio
quod est dicere Sicut mors omnes
fortes vincit et ideo for
tior omnibus existit Ita di
lectio fortior est omnibus

que me fortissima vicit et
me causa tui ad mortem
coegit / Et sic infernus
durior est omnibus durus
et ideo inflexibilis stat
emulatio i. invidia mea que
insuperabilis quia invidebam
dyabolo qui te temporibus meis
possedit et crudeli morte
afficiat / quia intantum te dile
xi quod te morte mea rede
mi Et ideo iustum est ut me
intantum diligas ut me imi
tando mortem pro me sub
eas Et si dilectione amare
ris prius mortem subire.
poteris quia lampades eius
caritatis sunt lampades ignis
atque flammarum / Lampades
sunt vasa lucis et intelligunt
spirituales vasa caritatis qui
intus ardent dilectione foris
lucent operatione / Lampades
ignis sunt quia sibi ardent lam
pades flammarum quia proximis
lucent Tales tormenta et mor
tem carnis contempnunt quia
eternam vitam diligunt Aq
ue multe non poterunt extinguere
caritatem ut flamma obruet
illam hoc est nec blanditie
nec mine nec persecutiones nec
terrores vincunt amorem
qui implent meam voluntatem
Is quippe diligit me qui
sermonem meum servabit /
hoc est autem meum preceptum
ut diligatis invicem si diligitis vos. Similitudo
est de magno incendio quod
pluvie nec flumina possunt
extinguere paganis blanditie
per flumina accipiuntur temptatio
nes que non possunt de
bono animum flectere quia
dilectio est prior omnibus
rebus quia si dedit homo
omnem substantiam domus sue pro
dilectione quasi nichil despiciet

eam hoc est si quis totum
utens omnem substantiam suam
dedit in cibos pauperum quasi
ipsum tradidit ad martirium
absque dilectione ut in ceteris
deum qui est dilectio habere quasi
nichil dedit despiciet eum
omnia que dedit nisi ipsam
dilectionem habuerit hoc totum
ideo dicitur Ut si sponsa velit
sponso iungi quam magis in di
lectione eum imitetur / quia qui
diligit in deo manet et qui
non diligit in morte manet
Licet quod hystoriace scripta
mandragore possit etiam
allegorice adaptari Synago
ge quasi Postquam christianitatis
de sompno evigilaverit multis
sibi adiunctis regio cultu ad
regem veniet Cum in ipsa
ad thorum regni ascendit
quam chorus filiarum in hym
nis laude excepit / Que est
ista que ascendit de deserto delitiis
affluens innixa super dilectum
suum. sancte ecclesie gentium admiran
tes synagogam nuper quasi
intantum culmine virtutum as
cendisse et usque infideles
predicando et operando ad here
re laudem eius erumpunt
dicentes Que est ista i. quam
laudabilis est ista que ascendit
de virtute in virtutem ad christum
de populo incredulitate perfidie de
serto delitiis scripturarum et
virtutum affluens et innixa
super dilectum suum i. stabilita
super christum iam sponsum dilectum
i. stabilitate super christum innixa
sponsum dilectum Vel super dilectum
meum cum ipsa esset extenuata
nunc est sponsum dilectum factum
propterea abeo ut luna a sole
est illuminata / Respondemus quia
ista laus Que est ista nunc

tio est posita. Primo quippe in
laudem ecclesie gentium ponitur
Secundo laudi ecclesie penitentium
ascribitur. Tertio ecclesie deinde eis
de gentibus quantum de assignatur
Aliter. Quia omnis multitudo
fidelium a primo Abel usque ad
ultimum electum una ecclesia
dicitur, que tribus temporibus mundi
in fide tantum colligitur, scilicet
ante legem sub patriarchis
in lege sub prophetis in evangelio sub
apostolis. Hec quoque tres laudes
possunt referri ad tres ecclesie
distinctiones. Prima ad illam
que sub patriarchis ascendit
ad fidem trinitatis. Secunda ad illam
que sub prophetis ascendit ad
fidem trinitatis. Tertia que
sub apostolis et eorum successoribus
usque ad finem mundi ascendit
ad fidem trinitatis. Sunamite
utrique in solio regali sedenti
Christus alloquitur dicens Sub ar-
bore malo suscitavi te. Per hoc
datur intelligi quod sub arbore
dormierunt et ibi eam suscitavit.
In illo malo notantur tria vide-
licet fructus, ordo, vulnera.
Arbor mali est crux Christi
cuius fructus est Christus qui
est arbor salutis et refri-
gerium ab estu viciorum adni-
tum itinerantium. Sunamitis
sub arbore dormiunt quando
synagoga de arbore prevari-
cationis mortua iacuit.
Hanc Christus sub arbore mali
ad vitam suscitavit qui in
cruce que erat lignum vite
pro ea mortem subiit. Dicit
ergo sub arbore malo suscitavi
te quasi synagoge dicat
multo diligendus sum a te
quia prior dilexi te et morte
mea redemi te in cruce.
Ibi corrupta est mater tua
scilicet sub arbore synagoga in inferno
dampnata que clamavit

dicens Sanguis eius super
nos et super filios nostros. Ubi violata est
genitrix tua que dicitur primo
credentem et iustum nec ratifi-
cans vel genitrix est violata
quia lex de littera ad spiritum est
mutata. Vel genitrix tua
videlicet iudaica gens est violata
quando ob vindictam Christi a Tito
et Vespesiano est captivata
Et quia te ab hoc malo eri-
pui et te mihi sponsam as-
sumpsi. Pone me ut signaculum
super cor tuum, id est ymaginem
mortis mee imprime memorie tue
ut sigillum cere ut diligas
me sicut dilexi te. Et pone
me ut signaculum super brachium tuum
id est exemplum mee operationis
in parte tue operationis ut sicut
ego pro multa mortuus sum
amore tui, ita tu per varia
tormenta moriaris amore
mei. Et hoc fecit ecclesia in mar-
tiribus tempore persecutionis. Quia
fortis est ut mors dilectio tua.
Hoc est sicut mors omnia vin-
cit. Ita dilectio omnia vincit
que me tamquam tui ad morte
coegit. Dura sicut infernus emu-
latio. Emulatio accipitur in
bono et in malo. Dicitur enim
imitatio vel indignatio vel
invidia. Emulari est enim bo-
nos imitari vel peioribus indi-
gnari vel melioribus invidere.
De bono dicit apostolus Emula-
mini id est imitamini meliora.
De malo autem emulantur vos
non bene. Et de Joseph scribitur
Emulabantur eum fratres id est invi-
debant sibi. Emulatio quoque ecclesie
fuit dura ut infernus. Quia
sicut infernus est infrangibilis
ita imitatio ecclesie qua imitata
est Christi dilectionem vel operationem
fuit inseparabilis. Hoc ideo
quia lampades ignis atque
flammarum. Hoc est splendentes caritate

intus ut ignis ardebant
amore foris lucebant ut flam
ma operatione. Pigne quippe
ardor per flammas arripitur
splendor. Laurentius et Ste
phanus et alii eis similes
lampades i. vasa karitatis
extiterunt quibus ignis
spiritus sancti ardebat et foris
flamma operationis lucebat.
Aque multe i. blandicione et
delectationes mundane non potuerunt
extinguere in eis karitatem
neque flumina i. ignes et tribu
lationes obruent illam ut eos
a veritate averterent quia neque
mors neque vita neque aliqua
creatura potuit eos separare
a karitate dei. Si dederit homo
omnem substantiam domus sue pro di
lectione quasi nichil despiciet
eum. Hoc est cum omni substantia mundi
non potest dilectio comparari. Crima
dei karitas est que soli morti
est miranda et sine fine tene
da. Tropologice fidelis anima
de deserto ascendit cum malam
vitam deserit et ad spiritualem
conversationem per gradus virtutum
ascendit. Hec deliciis affluen(s)
dum ferculis septiformis se
deliciose pascit. Super dilectum
innixa quia soli amore
qui est infixa. Hec sub arbore
mali suscitavit dominum mortu
um in pectore per fidem crucis
vivificatum. Ibi corrupta est
mater eius s. in peccato quippe
mortalis facta est humana
natura. Et ibi violata est
genitrix eius videlicet propter peccatum
passibilis facta est tamen eam
quam Christus ad hoc suscitabit
et incorruptibilem atque in
passibilem faciet. Sponsum
ponit super cor suum ut signa
culum quia eius doctrinam
et vitam ita in corde format

quod eum patenter ipsa videat.
Super cum brachium suum ponit
ut signaculum dum bona opera
videlicet semper impleverit et ea imi
tari cupit. Hic tali homine fortis
est ut mors dilectio quia sicut
mors corpus interimit et illud
insensibile reddit ita ut dilectio
animam in concupiscentiis mundi
perimit et ad cuncta terrena de
sideranda insensibilem facit
Et in eo dura est sic infernus
emulatio durius quos absor
buerit tenet. Ita anima fortis
imitatione virtutum quam
cepit tenet. Hec propter aliqua
dona dura mundi eam deserit.
Hec anima est lampas karitatis
in qua ardet ignis divini
amoris et foris lucet flam
ma boni operis. In hac anima
aque multe i. multiplices de
lectationes carnis non potuerunt
extinguere karitatem nec flumina
cium racionis vsus libere voluntatis
Virtus est quedam humilitas Virtus
est quedam paciencia. Virtutes sunt obe
diencia. prudencia. temperancia. fortitudo
iusticia et alie quam plures In quibus
singulis non est aliud virtus quam sic
dictum est vz^t adiudicium racionis
vsus libere voluntatis. Bona enim volu
ntas origo est in animo omnium bonorum
et omnium mater virtutum. sicut econtrario
mala voluntas omnium malorum et
viciorum. Ideo custos anime sue valde
sollicitus esse debet circa custodiam
voluntatis sue ut prudenter intel
ligat et discernat quid in totum
velit & volendum sibi sic. sicud
est amor dei quid propter illud. sicud
est amor proximi. Ut enim tuta
sit in illo omnis discrecio in hoc
semper firmi obediencie regulas cauta
et prudens debet esse discrecio
In dilectione quippe dei non alia
modo non alia discrecio est nisi ut
sicud ille cum dilexit nos vsque in
finem dilexit nos. sic si fieri potest
in infinitum diligamus eum nos sic
virtus vere tenet durum in media ergo
tu minus. Sed cum nullum finem
vel terminum debeat habere devocio amantis
terminos suos et fines suos et
regulas habere debet accio operantis
vbi nunc erret aliquis nimia volu
ntas necesse est se assit mediante
obediencia custodiens veritas. Vnl enim
in bonum hominis proficit tamen bonum
convenit quam voluntas et veritas
Hec duo sunt que sicud dicit
dominus. si consenserint in vnum quodcumque
pecierint fiet eis a patre deo Si
duo hec perfecte in vnum consenserint
omnem in se continet virtutum plenitu
dinem sine vicio inter currente omnia
pura esse in homine languente
bona sunt et possident in homine
nichil habente. dant mutuant con-

ferunt

psunt in hore seru quiescente
gl'a et diuiae in consci'a bn vi
illuiatio ex fructibus bone volu[n]t
eius ffoib vero no ex uno latere
sicut scutum hui[us] mudi · s3 vndi
q3 claudet scutu veritatis dei · hy
larem eni et iocundu intus semp
efficit bona voluntas intiore vo
actione serenu et quietu ac tutu
securu q3 reddit veritas Adeo q3
sup gressus huia ho ille sep
in sereno est · sicut de aere illo ho
mines ferunt qui sup globum
lune est · Voluntas rialis q'dam
appetitus animi est corporalis · Hic
sursum tendit sicut ignis ad lo
cu suu · Hic eni cu associatur
virtuti et mouet' ad altiora amor
est Cu vero pmouet' et latatur
agra dilectio est cu apphedit cu
tenet tunc fruit' caritas est Omnis
ffinis est ds est Ds eni caritas est
In hijs cu consuduit homo incip[it]
quia nulla hora in hac vita p
fectio est Cum vo declinat i ea
que carnis sut concupia carnis
est cu incuriositate scli concupia
oculorum est · cu in ambicione gl'e
vel honoris supbia vite est Cum
diu tm in hijs q' di vtilitati seu nece
ssitati ne' seruit na est vel appeti
tus eius Cu vo in supflua se
exponit vel noxia vicium nature
est vel suipius querit pino appe
titu vel accessu detinet ipe tibi
hoc tpe licet Cu
in hijs que ad corpus spectant
in rebus necessarijs voluntas
pino appetitui fine facit rialis
animi appetitus est Cu vo in ap
petedo se in altiora pgredit ipm
se pdit · quia no iam tam vo
luntas q' vicium voluntatis est
auaricia vel cupiditas vel aliquod
huiusmodi · Voluntati eni in huiusmodi
cito satis est · Vicijs vo eius nuq3
satis est · Hec in spualibus et i eis
que ad deu sut tunc vult qd' pt
laudanda est / tu vult qd' no pt
et plusq' pt regenda est · Cum
no vult qd' pt excitanda est et pro
mouenda · Sepe eni si no frenatur
impetu facit et agit' in preceps · se
pe si no excitat' dormit et tardat
et obliuiscit' quo tendebat et
facile declinat q'n alte i obliquati
ones oblate delectacionis Adeo
sicut etia in corpore solet fieri ·
melius eni ab alio corpus hominis
puidet' q' ipm se videat i huius
mos sepe melius videt alienus ocul[us]
q' suus et alius qui no est pait'
interiore eiusdem voluntatis · Rec
tior sepe est iudex actionis q3
sepe negli' vel priuato amore in
curamus in nobis ¶ Bona ergo
custos voluntatis obediencia est sine
qua illa sit sine subiectionis sine
pluris caritatis · Nunq eni sepe
ac dulcius q' aplus petrus ad
patres seu etiam ad inmores suos filij
obedie' instituerunt corda sua i obe
diencia caritatis q' ad maiores
subiugant inobediencia necessitatis In illa
eni sola vel precipit vel consulit vel
obedit caritas hic aut pena vel
timet vel minat' imperiosa necessitas
Et in illa sepe debetur obedienti
maior gl'a In ista vo inobedienti
maior se intentat' pena Ergo
in hore sursum cor habete perfec
cionem sua regenda moderanda
coponeda palam omnibus est / q'm
necessarium sit voluntati custodia sui
amplius aut intentionem sua Ideo ·
nunq3 sepe ipm vel deu cogitati

voluntas in omni cogitacione prin-
ceps est et vero neutrum principium
voluntatis. sequitur omnis tenor co-
gitacionis. Tria enim sunt que
faciunt cogitacionem. Voluntas
ipsa memoria et intellectus.
Voluntas cogit memoriam ut
proferat materiam cogit intellectum
ad formandum quod profertur adhibens
intellectum memorie ut inde for-
metur. Intellectus vero acie cogitantis
ut inde cogitet. Que quia in unum
cogit voluntas et facili quadam
nutu copulat a cogendo cogi-
tacio nomen accepisse videtur.
Hinc sunt cogitaciones alie ob
bone et sancte et digne deo. Alie
male et perverse que separant a deo
et quia spiritus sanctus aufert se
a cogitacionibus que sunt sine in-
tellectu. In quibus verbis adver-
tendum est. quia sine intellectu
nullatenus cogitari potest et nulla
omnino cogitacio sine omni intellectu
est. Sed alius est intellectus ex vi-
ciis racionis. alius ex virtute natu-
racionalis. Intellectus quidem ideo
ipse est. qui quocumque seu in bonum
seu in malum applicatus fuerit naturalis
sed alius invenitur sibi relictus. alius
gracia illuminatus. Ille scilicet rebus
et sensibus et imaginacionibus se non
negat. Hic autem non nisi se dignis
rebus et similibus sibi seipsum acco-
modat. Ille sepe operatur sicud sibi
relictus et vicio infectus ex vi-
cionis et vicio corrupte voluntatis
texens perversas cogitaciones quibus
seipsum cogitat sponte separat a deo
Hic autem semper sicud illuminatus et
virtuti affectus operatur pietate que
cogitantem coniungit deo. Que vero
secundo loco ponitur cogitaciones
sine intellectu ipse sunt vane

ille et ociose neutrum intellectui per
cogitantis intencionem se applican-
tes non repente prominentes. sed
sensim et paulatim, corrumpentes
occupantes tempus necia impedien-
tes et animum inficientes non tamen co-
gitaciones quam ex rebus et yma-
ginarius recordacionibus simulacra
quedam cogitaciones seu ipse
recordaciones ulterius de memoria
scaturientes In quibus pressio quedam
voluntatis potius videtur esse quam
actio cum nulla sit in eis cogitantis
intencio cum quod sponte ebul-
lit de memoria formandum se offert
intellectui non curanti. Et quicquid
agit videtur potius agi in sompnis
dormientis quam in acie cogitantis
Ubi tamen et si repellere a se spiritum
sanctum in voto non est cogitantis
sit tamen ex culpa negligencie. et spiritus
sanctus merito se auferat a cogitacionibus
indisciplinatis Que quamvis fuerint
per unam quandam occultam racionis
non tamen fuit ex racione et fiunt in eas
intellectus suum nullus sit in eis intel-
ligentis animi sensus. Ubi vero de
de rebus sensibus cogitatur statim preter
voluntas libero arbitrio de memoria
evocat quocumque opus sit et intel-
lectum formantem in commune adhibet
formatque quod quid idem intellectus
acie cogitantis et sic peragitur ne-
gocium cogitacionis Cum vero de hiis
que de deo vel ad deum sunt cogita-
et voluntas eo proficit ut amor
fiat continuo per viam amoris infundit
se spiritus sanctus. spiritus vite et omnia
vivificat adiuvans seu in oracione
seu in meditacione seu in tractatu in
firmitate cogitantis et continuo merito
efficitur sapiencia cui suavia sapiunt
ei bona domini et in ex eis cogita-
dum est formandum in affectum ad hibetur

492.
245

intellectui Intellectus vero cogitantis efficitur contemplacio amantis et illud in quasdam formas spiritualis vel diuine suauitatis experiencias efficit exercis aciem cogitantis. illa vero efficitur gaudium fruentis et tunc de deo bene cogitatur secundum humanum modum. si tamen cogitacio dicenda est vbi nil cogitatur sed tamen in conscia habundancie suauitatis deum exultans iubilatur et vere sentitur de domino in bonitate ab eo qui in simplicitate cordis quesiuit illum. Sed modus hic cogitandi de deo non est in arbitrio cogitantis. sed in gracia donantis scilicet tamen spiritus sanctus qui vbi vult spirat. Sed hominis est iugiter cor parare voluntate expediendo ab affectionibus alienis bone vel intellectum a sollicitudinibus inconsciis ab ociosis negociosis non nunquam eciam a necessariis occupacionibus vt in die bona dominus et in hora bene placiti eius Cum audierit vocem spiritus spirantis ea que cogitacione fiunt continuo libere concurrant sibi et operantur in bonum et quasi simbolum faciant in gaudium cogitantis voluntas exhybenda in gaudium domini puram affectionem in consummacionem fidelem intellectus experiencie suauitatis Sic ergo voluntas neglecta facit cogitaciones ociosas et indignas deo corruptus per ipsas que separant a deo Racio necessitas aduersum vite humanae pia et efficaces affectus spiritus et ad fruendum deo fructus autem spiritus sunt sicut dicit Apostolus Caritas gaudium pax pacia. longanimitas. bonitas. benignitas mansuetudo. modestia. castitas. continencia Et in omni genere cogitacionis que cogitacio

occurrunt conformantur intencioni voluntatis agente in eis mira et iudicio dei vt iustus iustificetur adhuc et qui in sordibus est sordescat adhuc Deo homini deum volenti et amanti semper semper consulendus est animus exaudienda consciencia quid sit quod in totum velit et propter hoc quid vult. quod quod aliquando vult spiritus vel odit quod quod contra illud caro concupiscit Incedentes enim cum extraneis et recedentes cogitaciones et propter voluntates quibus modo vult modo non vult nequaquam inter voluntates sed inter ociosas deputande sunt cogitaciones Nam et si aliquando fiat usque ad delectacionem animi tamen cito inde se exuit animus quos sui Quid autem in totum vult primo considerandum est quid illud sit quid sit velit deinde quantum velit et quid velit vel in contemptum sui ipsius omniumque que sunt vel esse possunt et hoc non tantum ex iudicio racionis. sed eciam ex affectu mentis ut iam voluntas plusquam voluntas sit ut amor sit ut dilectio sit ut caritas sit ut sit vnitas spiritus Sic diligendus est deus Magna voluntas ad deum amor est Dilectio est adhesio sine coniunctio. caritas fruicio. Vnitas vero spiritus cum deo homini sursum cor habenti perfectus in deum voluntatis est Perfectio cum iam non solum vult quod deus vult. sed sic est non tantum affectus sed in affectu perfectus ut non possit velle nisi quod deus vult. Hoc iam est esse quod deus est cui velle et esse idipsum est Vnde bene dicitur. quia tunc plene videbimus eum sicuti est cum similes ei erimus quod ille est Quibus enim data est potestas filios dei fieri data est potestas. non quod sint ut

deus. scilicet sint tantum quod deus est sicut sancti futuri plene beati quod deus est nec aliud habent sancti neque ibi futuri beati quam ex deo qui eorum et sanitas et beatitudo est. Et hec est hominis perfectio similitudo dei. Perfectum autem esse est nolle delinquere. Et ideo huic perfectioni semper nutrienda est voluntas, amor preparandus. Voluntas cohibenda ne in aliena dissipetur, amor servandus ne inquinetur. Propter hoc enim solum creati sumus et vivimus ut deo similes simus ad ymaginem enim dei creati sumus. Est autem similitudo quedam dei quam nemo amittit vivens nisi cum vita exuitur quam omni homini in testimonium amisse melioris et dignioris similitudinis reliquit qui creator omnium est et nolens et volens et qui eam cogitare potest et qui tam hebes est ut eam cogitare non possit scilicet quia sicut ubique est et ubique totus est in creatura sua, sic et anima in corpore suo vivens anima. Et sicut est sibi indissimilis deus indissimiliter in creatura operatur sic anima hominis quam omne totum corpus vivificans in dissimili vita in sensibus tamen corporis et in cogitationibus cordis indissimiliter operatur, operatur assidue dissimilia.

Hec similitudo dei in homine quantum ad illum eius nullius apud deum est momenti cum nec nolendo voluntatis eius sit vel laboris. Sed est alia magis deo propinqua in quantum voluntaria que in virtutibus consistit in qua animus virtutis ymaginem summi boni quasi imitari gestit magnitudine et perseverantia in bono constancia eternitatis eius in commutabilitate. Super hanc autem alia adhuc est similitudo dei hec de qua aliquanta iam dicta sunt in tantum propria ut non iam similitudo sed unitas spiritus nominetur cum fit unum homo cum deo unus spiritus non tantum voluntate idem volendi sed expressiori quadam virtute veritatis sicut iam dictum est aliud iam velle non valendi. Dicitur autem hec unitas spiritus non tantum quia efficit eam vel afficit ei spiritum hominis spiritus sanctus sed quia ipsa ipse est spiritus sanctus deus caritas est qui est amor patris et filii et unitas et suavitas et bonum et osculum et amplexus et quidquid commune potest esse amborum in summa illa unitate veritatis et veritate unitatis. Hoc idem homini suo modo fit ad deum quod consubstantiali unitate filio est ad patrem vel patri ad filium cum in amplexu et osculo patris et filii medium quodammodo se invenit beata conscientia cum modo ineffabili incogitabili fieri meretur homo dei non deus sed quod deus est homo ex gratia quod deus est ex natura. Unde in kathalogo virtutum et exercitiorum apostolus commendans interseruit spiritum sanctum dicens: In castitate in scientia in longanimitate in suavitate in spiritu sancto in caritate non ficta in verbo veritatis in virtute dei. Vide enim tamquam omnium ordinatorem vivificatorem in medio bonorum virtutum sicut cor in medio corporis constituit spiritum sanctum. Ipse est enim optimus artifex creans adiuvans bonam voluntatem dei ad hominem propiciatione formans affectum dans virtutem proficiens operacione agens omnia fortiter et disponens suaviter. Spiritum vivificat spiritus hominis et continet in unum sicut ille vivificat et in unum continet corpus suum homines docet

deum quem angeli adorant. Solus
ipse est qui docet invenire ipsum
et frui. Ipse tamen est et sollicitudo
bene querentis et pietas ipsum et ve-
ritate adorantis et sapientia inve-
nientis et amor habentis et gaudium
fruentis. Quamquam tamen de visione
in cognitione dei hic fidelibus imper-
titum speculum est et enigmata
tamen distamus a futura visione et
cognitione quantum a veritate distat
fides vel tempus ab eternitate nisi
quod aliquando fit quod de eo in libro
Job legitur. Qui abscondit lucem
in manibus et precipit ei ut rur-
sum oriatur et annunciat de ea dilecto
suo quod possessio eius sit et ad eam
possit pervenire. Electo enim et dilecto
dei aliquando vicissim lumine quoddam
vultus dei ostenditur sicut lumen
clausum in manibus patet et latet
ad arbitrium tenentis ut per hoc quod
in transitu vel sub posito videre per-
mittitur exardescat animus ad plenam
possessionem luminis eterni et hereditatem
plenam visionis dei. Cui innotescere
facit aliquatenus id quod ei deest non-
dum quasi pertransiens gratia perstrin-
git spiritum amantis et rapit ipsum
sibi et rapit in diem qui est a tu-
multu rerum ad gaudia celestia et
pro modulo suo ad momentum ad punctum
idipsum ostendens ei videndum sicuti
est. Interim etiam ipsum efficit in
idipsum ut sit suo modo sicud illud
est. Ubi cum didicerit quid sit inter
mundum et inmundum redditur sibi
et remittitur ad mundandum cor
ad visionem adaptandum animum ad
similitudinem ut si aliquando rursum
admittatur sit purior ad hoc ad
videndum et stabilior ad fruendum

Nusquam enim melius se deprehendit
modus humane perfectionis quam in lumine
vultus dei in speculo divine visionis
ubi in die qui est plus et plus
videns quid sibi desit emendet
in dies similitudine ei appropinquans
a quo longe factus est per dissimili-
tudinem et sit expressior eum visio
expressior semper similitudo comitatur.
Impossibile est quippe videri summum
bonum et non amari nisi tantum
amari quantum datum fuit videri quo
usque amor perficiat in aliquam simi-
litudinem amoris illius qui deum
similem fecit per humiliationem humane
condicionis ut hominem similem
deo constituat per glorificationem divine
participationis et tunc est dulce homini
cohumiliari humilitate summe maiestatis
compati filio dei divine sapientie conformari
hoc sentire in seipso quod et in Christo
Jhesu domino nostro. Hic enim sapientia est
cum timore. exultatio cum tremore
cum cogitatur et intelligitur deus humiliatus
usque ad mortem mortem autem crucis ut
hominem exaltet usque ad similitudinem
deitatis. Hinc emanat fluminis impetus
letificans civitatem dei in memoria habun-
dancie suavitatis eius intelligendis
et cogitandis circa nos bonis eius. In
quo cum ad deum amandum facile homines
adducunt presentata et contemplata
eius amabilia precipua in affectu
contemplantis clarentia potencia eius
Virtus eius gloria maiestatis. bonitas
beatitudo. hec potissime amantem rapit
in amabilem quod ipse in semetipso
est quicquid in eo amabile est qui
est totum quod est si tamen est ubi pes
non est. Cum bono amori ipsius boni
sit se intendit prius affectus ut cel-
se inde revocet donec unum vel unus
cum eo spiritus fiat effectus. Quod cum in eo

sunt perfectorum iam solo mortalitatis
huius velo dividitur ac differt a
sanctis sanctorum a summa illa beatitudine
supercelestium quia tamen iam in fide
et spe eius quae amat fruitur in
gratia iam quod superest vite huius
tollerabiliori prestolatur paciencia
Est hec destinacio solitarii ter-
minus hic finis hoc premium requi-
es laborum consolatio dolorum
et ipsa perfectio. Perfecta et vera hominis
sapientia omnes amplectens in se et
continens virtutes aliunde collectas
vel naturaliter insitas sibi adsciscit
illam dei de qua est ipse quidquid
est cum sicut deus est id quod est sit
circa bonum virtutis habitus boni vo-
luntatis in bonam mentem sit consolida-
tus et effectus est ut exardentis-
sima boni et incommutabilis
adhesione nullatenus iam videatur
posse ab eo mutari quod est. Cum
enim sit circa hominem dei assumpcio
illa domini et sancti israel regis nostri sa-
piens et pius animus per illuminantem
et adiuvantem graciam in contemplacione
summi boni speculatur et regulas
incommutabilis veritatis inquantum
ad eas pertingere meretur intellectus
amoris et exinde format sibi mo-
dum conversacionis tamquam secundum celestis
formam civitatis. Speculatur enim su-
mmam veritatem et que circa veram
sunt summum bonum et que ex bono
sunt summam essenciam et que circa eam
sunt aliis virtuti illi et unitati se conformans
in istis se ordinans illis non semper
volitans iudicando sed suspiciens
desiderando vel inherens amando intra
suspiciens et eis se coaptans et
conformans non sine discretionis iudicio
non sine examine raciocinationis

et iudicio rationis. Ex quo componuntur
virtutes secundum quas ymago dei reformatur
in homine et vita illa dei ordinatur
a qua homines quosdam alienatos
esse conqueritur apostolus et colligitur valor
virtutum duo illa in quibus perfectio vite
contemplative perficitur consistit et active,
Que iuxta antiquos interpretes in-
terpretes legitur in Job. Ecce pietas est
sapientia abstinere vero a malis sciencia est.
Sapiencia enim pietas est hoc est
cultus dei amor quo eum desideramus
videre et videntes in speculo et in
enigmate credimus et speramus et
in hoc proficimus ut eum videamus
in manifestacione. Abstinere vero a malis
sciencia temporalium est in quibus sumus
in quibus malis nostrum abstinere inquantum
ad bona studere. Ad hanc scienciam ad
hanc abstinenciam spectare inveni-
untur primo omnium virtutum exercicia de-
inde et omnium actuum vite huius in qua
versamur disciplina. Quorum alterum
id est studium virtutum respicere potius vi-
detur ad superiora quasi superioris
sapientie preeminencia virtute et redole-
ncia suavitate. Alterum quod circa corpo-
ralia fit exercicia et religione
religatur defluit in inferiorum
varietate in quibus conversacio fit vel
sine ratione sine sensibus corporis conse-
nsu et incorrigibilis commendata. Sed bone
res penditur id ipsum quod apprehendimus
sensibus omnino sciencie deputandum est. quod
vero in huiusmodi per semetipsum racio
apprehendit hoc iam est in quo se
sibi sciencia atque sapiencia commiscent.
Quidquid enim aliunde discitur scilicet per
sensus corporis quasi alienum et ad-
venticium menti ingeritur. quod vero
sponte venit in mentem sive ex racione
sive incommutabilium legum
et incommutabilis veritatis naturali

intelligencia ex qua etiam imperitissi-
mi homines non magistri rectissime
iudicare inveniuntur. Hoc sic ipsi
inest racioni ut hoc ipsum ipsa non
sit nec tamen commendatur et per doc-
trinam aliquando ut scientia sit quam
in alio commonente vel illa commo-
nente hoc ipsum sibi inesse naturaliter
intellectus est sit. In quo hoc potis-
simum cum quod notum est de deo
naturaliter revelante manifestum
fit homini etiam impio. Deinde affectus
virtutum naturalis de quo licuit dicere
ethnicum poetam Oderunt
peccare boni virtutis amore. Dein-
de per inquisicionem racionis quelibet
discrecio honorabilium. Infima vero
pars est sursum et deorsum vergens
sensibilium animalis experiencia que fit
per quinque sensus corporis per concupiscenciam
et experiencia tercius sive dolorum
sive supplicium temporis vite. Cum ergo ra-
cio a sapiencie conformata format sibi con-
scienciam et ordinat virtutum inferioribus
secundum aptat sibi servitute et suffi-
ciencia nature in racionabilibus ordinem
vite et in optentu virtutum forma
consciencie sicut ab infectionibus promo-
ta a suspicionibus ad virtutum proficiens
in id quod verum est et iudicio racionis
et assensu voluntatis et mentis
affectu et corporis effectu erumpens
festinat in libertatem spiritus et
unitate ut sicud sepe iam dictum
est fidelis homo unus spiritus effici-
tur cum deo et ipsa est perfectio de qua
paulo ante diximus. Vita que
non tam racionis est perfectio quam in
sapiencia perfectionibus affectus Hec est
non quia sapiunt sapientes qua sa-
piens est qui factus est unus spiritus
cum deo et spiritualis est. Et hec in
hac vita hominis perfectio est. Nam

enim qui hactenus fuit solitarius vel
solus efficitur unus et solitudo ei cor-
poris vertitur in unitatem mentis
et impletur in eo quod dominus in clausula
omnis perfectionis pro discipulis oravit
dicens Volo pater ut sicud et ego et
tu unum sumus ita et ipsi in nobis
unum sint. Hec est enim unitas hominis
cum deo vel similitudo ad deum in quantum
appropinquat deo intentum suum inferius
confirmat sibi in summa ille ut spiritus
et anima et corpus suo modo ordina-
ta suis locis disposita suis meritis
estimata suis etiam proprietatibus cogitentur
ut incipiat homo perfecte cogitare et
nosse seipsum et per cognicionem sui pro-
ficiendo ascendere ad cognoscendum
deum. Quo tamen primum assurgere et appro-
priare incipit perficiatur affectus in cogni-
cione huius similitudinis scilicet ut spiritua-
libus spiritualia et divinis divina comparando
non aliter de eis cogitet quam res habet.
¶ Cogitans ergo animus similitudine
sui et dei primo in hoc formet et
aptet cogitacionem suam ut omnino fugiat
secundum corpus cogitare seipsum. Deinde
vero non solum supra corpus sicud localem
sed etiam supra spiritum sicud mutabilem
Que enim spiritualia sunt tantum diversa
sunt a corporum qualitate et natura
tam ab omni loco vel temporis lege vel
mutabilitatis suspicione aliena in
sue incommutabilitatis et eternitatis lati-
tudine incommutabilia manent et
eterna. In quibus sicut que corporalia
sunt discernit animus per corporis sensus
sic que sunt racionalia vel spiritualia di-
scernere non potest nisi per semetipsum. Que
vero sunt dei non nisi a deo querit vel
expectet intellectum. Et quidem de non-
nullis que ad deum pertinent fas est
et possibile homini racionem habere

aliqui cogitare et discernere. sicut de
dulcedine bonitatis eius et potestate
virtutis et aliis huiusmodi. ipsum vero
idipsum quod est omnino cogitare
non potest ~~credendus est tamen deus~~ nisi
quantum ad hoc sensu illuminati amoris
attingi potest. Credendus est tamen deus et
incognitum spiritus sanctus adinvenit
cogitandus quedam vita et natura
vivens et vivificans immutabilis
immutabiliter omnia faciens intel
lectus et creans omnem intellectum
et intelligentem sapientia faciens omnem
sapientem. Veritas fixa stans in
declinabilis ex qua vera sunt omnia
que vera sunt in qua sunt eternales
rationes rerum omnium continentium.
Cui vita omnia esse ipsa essentia
est ipsa natura cui vita intellectus ipse
sibi est que est ipsa divinitas
et unitas magnitudo bonitas et virtus
in seipsa existens et subsistens
excedens omnem locum virtute non
illocalis et unitate vel tempus vel
quod ratione vel opinione comprehen
di potest que longe verius est et
excellentius quam quod sentiri
dici sentiatur quam cernatur tamen sensu
humilis et illuminati amoris quam
quod cogitatu rationis attingitur
et semper melius est quam cogitatur
melius tamen cogitatur quam dicitur.
Ipsa est summa substantia omnino essentia
a qua omne esse perficitur. Ipsa
est summa substantia non subiecta predi
camentis vocum sed rerum omnium subsi
stens causale principium in quo ce
nemo nec moritur intellectus non
errat amor non offenditur quod fre
quentatur ut dulcius inveniatur
dulcissime invenitur ut diligentius
queratur. Hoc autem ineffabile

videatur qui vult videre cor mundum
qui nulla corporis similitudine
dormienti nulla corporea specie vi
gilanti nulla rationis indagine
nisi mundo corde humiliter donatus
videri potest vel apprehendi. Hec enim
est facies dei quam nemo videre
potest et vivere mundo. Hec est species
cui contemplande suspirat omnis
qui affectat diligere dominum deum suum
in toto corde suo et in tota anima
sua et in tota mente sua et in omnibus
viribus suis. Ad quod et non desinit
excitare proximum suum si diligit
eum sicut semetipsum. Ad quod cum
aliquando admittitur in ipso lumine
veritatis indubitanter videt perfi
cientem gratiam tamen inde repellitur
in ipsa cecitate sua intelligit puri
tati eius non convenire immundiciam
suam et si amat flere dulce habet
et non sine multo gemitu cogitur
redire in conscientiam suam. ad quod cogi
tandum omnino impares sumus. sed
ignoscit quem amamus et de quo
digne non posse vel dicere vel cogitare
confitemur. Et tamen ut dicamus ut co
gitemus amore eius vel amore
amoris eius provocamur et compellimur
Cogitatus ergo in omnibus humiliare
semetipsum et glorificare in seipso
dominum deum suum in contemplatione
dei vilescere sibi in amore creatoris
subiectum esse omni creature humane
exhibere corpus suum hostiam
viventem sanctam deo placentem
rationale obsequium suum. Proinde
sit non plus sapere quam oportet sapere sed
sapere ad sobrietatem et secundum
mensuram a deo donatam fidei.
Bona sua non ponere in ore hominum

semper celare in cella et verecunde in
conscia ut hec quasi tytulum
in fronte conscientie et in fronte celle
semper habeat secretum meum michi

Explicit Epistola beati Bernhardi quam
ipse venerabilis edidit ad consolacionem
solitudinis et instructionem vite
solitarie ac novum in xpo ho-
minem formandum sive compone-
dum unionem in adiutorium fidei
et sancti propositi incitamentum
fratrum karthusiensium in monte dei
habitantium seu alibi ubicumque fue-
rint habitantes dummodo vitam
predictorum fratrum in humilitate et ca-
ritate in xpo fuerint imitati
Valeant ergo omnes in xpo.

Nota de petro lombardo et petro
comestore Vincentius in speculo
hystoriali libro xxix° c. 1 sic dicit.
Anno domini m° c° lxiiij. quidam vero
v. c° xvj. Fridericus Imperator
Nepos Conradi predecessoris eius
imperavit annis xxxvij. Huius
temporibus francorum rex lode-
wycus regnabat regis philip-
pi. Sub quo s. lodwico floruit
magister Petrus lombardus
parisiensis episcopus auctor. Hic librum
sententiarum qui nunc in scolis theo-
logie publice legitur laboriosum
valde opus ex multorum sanctorum
patrum dictis utili compilavit. Glosas
et maiores glosas psalterii et
epistolarum pauli similiter ex multorum
dictis collegit et ordinavit. Vla-
cum esset inter Francie magistros
optimatissimum glosaturam epistolarum
et psalterii ab Anselmo per glo-
sulas interlineares marginalesque
distinctam. et post a Gilleberto
continuative productam latius et apertius
explicavit. multaque de dictis sanctorum
addidit. Idem etiam quosdam
sermones utiles composuit. Circa
idem tempus estimo floruisse
magistrum Petrum comestorem qui
scolasticam hystoriam composuit. scilicet
hystoriam sacre scripture breviter
et utiliter prosequens et difficultates
implerisque locis prudenter expo-
nens. Insuper et quedam incidencia
ex hystoriis Josephi Iudei et quedam
etiam gentilium locis congruis in-
serens. Nonnulla etiam alia opuscula
edidit et hos sequentes versus in
laudem beate virginis. Si fieri possit
quod harene pulvis et unde. Undarum
gutte rosa gemme lilia flamme
ethera celicole nix grando sexus
uterque. Ventorum penne. volucrum
pecudum genus omne. Silvarum
rami frondes avium quoque penne
Ros gramen. stelle quoque pisces.
angwes et ariste. Et lapides
montes convalles terra dracones.
lingue cuncta forent minime depro-
mere possent. Que sis vel
quanta virgo regina maria. Que
tua sit pietas. nec littera nec dabit
etas. Hec ille. Idem ubi supra
libro xxix° c. c. xxxiiij de floribus
libri helynandi plangentis lapsum
status monastici dicit Helynandus
Sic lamentationes et ne de

carmine nichil ad te. Carmen enim illis debetur quibus bonum est confiteri domino et psallere nomini altissimi. Carmen illis quorum in cordibus cantitur domino. psallitur spiritu mente iubilatur et quorum operacio Christo cytharizat organizat. cogitacio psalterizat oracio. devocio lyrizat. Nichil ergo tibi et carmini. Non est enim tibi cantare canticum domini in terra aliena. nichil tibi et ave qui non mutas et nomine eve. Nichil tibi et salve quia non salvas quia mandata domini mandata non servas. dum te non paras ad iudicium. non comparas auxilium advocati tui Christi. sed salvatori tuo crucem reparas secundam. mortisque tibi paras secunde cruciatum. Nichil tibi et vale qui non vivis nisi male. qui valere non affectas dum detractibus perire. Tu ergo anima mea fratri meo expectanti et reexpectanti non dicam in sericulo minimum in pecto mada remada. lamentaciones et ve. plus ista namque tu omni sollicitudine materie partibus tota multitudine nichil invenire potui quod mitterem propterea nunc sed plenius amaritudine plenis anxietate quod scripsi scripsi. salus autem sermo missa nugatoria est missa vero in litteris superflua. Denique quid prodest alicui salus ulla destinata. cui nulla salus grata plane frustra salutatur a quo salus non optatur. Quis dabit aquam capiti meo. et oculis meis fontem lacrimarum ut copiose lugeam dignum fratris mei

interitum iustius eius ducam. etiam si disputem tecum disputabis. sed tamen quod tecum computas eque mecum supputo et fratri meo imputo. Adhuc cum frater meus meditatur filiis porcorum in regione illa in qua fames oritur ut moritur ubi egestas incipit nec desinit nec recordatur infelix quanti non solum filii. sed et mercenarii in domo patris sui habundent panibus. Ipse vero ut dolore quatitur nec rubore confunditur quia et fame pereat et siti torreat et labore fatigetur et servitute premat et omnium fetide fetili turpitudine omnia turpiter. Duobus tamen passibus altum qui exilio resilieret. quorum primo reverteretur ad se. ad te. vero alter alto conteretur. Iussisti autem michi ut non solum eum. sed et quemlibet proximum meum diligam quantum me ipsum. Sed quis michi proximior fratre meo. Nusquam ergo totus assum ubi abest frater meus. Dimidium est enim anime mee. Domine domine tu iubes diligi in tota anima. Quomodo ergo tota anima mea te diliget nisi utraque eius medietas te diligat. Non enim bene diligeris a dimidietate. Ut ergo te totus diligam fac oro ut ~~sequatur~~ te diligat frater meus. Si vis ut sequatur te fac ut sequatur te frater meus obsecro. Neque enim dimidius servire te potero ut me totum salvum facias. salvum fac et fratrem meum qui totum hominem salvum fecisti in sabbato. Neque enim nichil facis ad medietatem. sed quidquid facis perfectis. Alioquin non dicetur

de operibus tuis quod universa bona
essent valde/ Et illud dominus perfecta
sunt opera *Reprehensio eiusdem tercio
c. xxxv^o. 2^e*

O O lamentaciones et ve
lamentacio deputata est et ve de-
functo. Ve tibi proposui ut absco-
fugeres. lamentaciones proposui ut
ad eas confugeres. Carmen vero
non posui ut remota leticie omnis
rei memoria. nulli transitorio
dulcori totum tuum apponeres. sed
quam diu te super flumina babilonis
sedere cognosceres. fleres. plora-
res. gemeres. et in eius salicibus
organa suspenderes et te totum
penitus medullitus exponeres
dolori. Nulla tibi de carmine
mencio fiet. donec illud imple-
as preceptum Exite de babilone.
fugite de caldeis. Sed iam loquitur
ad te ipsa lamentacio s. que hactenus
locuta est per te. Quomodo cecidisti lucifer
qui mane oriebaris. Cum iubila-
bas domino cum matutinis astris quando
in cetu monitorum in fletu mona-
chorum. in coetu quiscorum(?). in consortio
angelorum psallebas altissimo
Quomodo attrita est illa candida cor(?)a
tonis tue sum terra prestellatum(?)
te eciam secum traxit. cum deus dederat
lucem sapiencie splendorem sciencie
iubar intellectus ut tu sicut stellis
scintillantibus luceres. si velles in perpe-
tuas eternitates. Nunc pro te frater
amantissime ut michi et tibi
parcat deus. Cecidisti nunquid qui
cecidit non resurget. Septies
in die iustus cadit. id est quocien-
scumque cadit tociens resurget
Tu qui cadis toti die cadis
cottidie. cur non resurgis uno
die. *Quod vicium ipsius labentibus non
ordinis sunt aequo cecidit capitulo
c. xxxvi Helynandus:*

Quid autem ordinem nostrum
accusas intollerabilis duri-
cie. pretexto non ordinis sed accusatoris
est vicium. Neque enim ordo ita
durus est ut sit inaccessibilis
aut importabilis aut contra naturam
Alioquin non ordo esset. sed tu flu-
idus es et enervis propterea quod
magis secundum naturam quam ordinate
vivere. At nulla vita ordinacior
quam nostra. Ubi cum omnia in numero
et pondere et mensura disponuntur
Ubi cibus et quies et sompnus
ad sufficienciam naturalem indulgentur
Ieiunia vero labores et vigilie a
nemine supra vires extorquentur
sed omnia mensurate fiunt Simplici
enim victu et vestitu vita sustente-
tur natura fovetur conservatur sani-
tas Denique quod naturaliter
sanius illo cibo et potus quem ad
tempus apparatu. sola natura et cocus
est et medicus Cuius panis tri-
ticeo et leguminibus bene coctis
famem non expellat. ieiunus nostro
stomachus vulgaria spernit. Alia
saturitas calcabit favum. Alia vero
esuriens et amarum pro dulci habebit
potabile aut Beneventum(?) desiderat
ad super vina sudat. Taceo quod
ad sanitatem conservandam nichil
efficacius quam cibi et potus rudep-
titus(?) conservata. Varia enim fercula
variorum sunt naturarum. Que autem talis
varietas parit humorum repugnan-
ciam. et omnis humorum repugnancia
repugnat sanitati. Vir elegantis-
sime et prudentissime sed iudex(?)
quidam de nostris adolescentibus Bel-
uacensi

Ipso enim interrogati utrum contin-
geret eis sanior et pulchrior
esse in claustro quam solet esse
in seculo quia inquit conformant
vino et detenti. De quorum primo
hec ut sanus sim. De secundo ut pul-
cher sim. In seculo autem vide-
bam tamen deformem quam pulcri-
formem. De quorum primo fortitudo
nascitur esse corporalis. De secundo
egritudo precessit. Exemplum quire
dices. Quid ergo comedisti
hodie. Satis inquit quam heri
simulata satis. Non queo ingluvie
deglutitione. Sed de quali quam
comedisti heri. quid hodie.
Heri inquit comedi pisa et
olera. hodie comedi olera et
pisa. Cras autem comedam pisa
tamen oleribus. post cras olera
cum pisis. Vide ergo quam pulchri-
tudinem eandem semper contradit
ut variis modis ostenderet
eadem scilicet ... dicta que prestat
corporis et sanitatem et pulchri-
tudinem. Inductio exem-
plorum ad ordinem tollendum
... capitulum xxxviii Helynandus

Exemplosa est igitur omnis
ista difficultatis excu-
satio qua contra ordinem indu-
xisti. Neque enim ordo tam diffi-
cilis est ut infirmos non recipiat
tamen et illis satisfaciat et carnalitate
et delicate. Neque tu tam infirmus
aut debilis es ut ad illum por-
tandum nequaquam sufficias. tu
ergo non deficias te infirmior et
debilior. Et ut de me taceam
taceam quantos tibi possum ostendere
qui de vita delicatissima ad istum

ordinem quem appellas durissimum
et difficilimum se transtulerunt nec
tamen adhuc ab eo resilierunt quamvis
unus et etate minores tecum sint
et natura teneriores et debi-
liores viribus. Et ut de tot
milibus unum excipiam. unum
tibi excipio qui solus sufficiat
ad omnem exemplum. Ipse quidem
spectaculum factum est et angelis
et hominibus levitate mirabili
qui prius eis spectaculum fuerat
in miraculo levitatis. dum non scena
non circus. non theatrum non am-
phitheatrum non amphiparium non forum
non platea. non gymnasium non
taverna. sine eo resonabat.
Nosti Helynandum. Bis
vero novit homo. si tamen homines. Neque
enim tamen natus erat homo ad labo-
rem quam avis advolandum cir-
cuiens terram et perambulans
eam querens quem devoret.
aut adulando aut obiurgando
Ecce in claustro clausus est cum
totus mundus solebat esse. non
solum quasi claustrum. sed etiam car-
cerem. Quomodo ergo non potes credere
iste est. Hec mutatio dextere
excelsi. Quantum stuporem intulit
in seculo pudorem quam dyabolo
tamen ipse domino contulit honorem.
Neque etenim ipse tam levis erat
quam ipsa levitas. Nunc et tanta
levitas tam leviter mutata ap-
pleiosque vel aliud putabatur aut
putatur quam levitas. Hinc est
quod iam quinquennis eius quisque
velle fiat alienum fidem de filio.
Nimirum quantum in se ipso experi-
menti dedit inconstantie. tam
perseverantie constantie nunc

debilitat argumentū. Erube
sce ergo miserrime te saltē nō
sequi istū precedentem nnoc
infirmiorem debiliorem et
delicatiorem. Quib enim atte
dens vnū iste surrexit. sur
gere nō possit. Quod ipse ordo
sit portabilis omnibus infirmis
et fortibus c. XXXviij.

Tu ergo surge et noli declinare
in verba malicie ad excusandas
excusationes in peccatis attribu
ens nature quod est mentis
impure necessitati quod est volūtatis
difficiliorem facies ordinem
quam sit. te molliorem quam ee
decebat. infirmiorem faciens
ordinē quam ee posset. Nemo
enim tantam infirmitatē potest
incurrere ut rigor ordinis ei de
mum condescendes et clementiate
compatiens congruam sollacij nō
suppetat medicina. Si ieiu
nare propter infirmitatē nō potest
manducare nō solū permittetur sed
etiam cogetur. Si laborare non
sufficit. quies ei nō deerit.
Si vigilans grauatur sompno re
creatur. Infirmus es noli refu
gere ordinem. non portabis
ordinē. sed ordo te. Non tamen
fallunt. quam falluntur pusillanimi
tate. dicentes se nō posse quod pos
sent si temptarent. Si ante
iudicant quam discutiat et ideo
limine primo deficiunt et ante
tubam tremor occupat artus.
Solent autem huiusmodi pusillanimes
dicere. hodie ieiunaui et iam
caput doleo. si ergo cras ieiu

nauero necesse est ut aut frenetic
fiam. aut letargicus. aut me
lancolicus. aut epylenticus aut
maniacus. aut demoniacus pla
ne nō sequitur. Quia debile primum
melior fortuna sequetur. multe res
intemptate difficiles sunt aditu
vsus aut faciles. Dicit ergo
infirmus iste. Hodie ieiunaui
et iam caput doleo. Mentiris
plane. primo nō ieiunasti. nisi
vno tantum die. Nō enim ideo
caput doles / quia vel semel ieiu
nasti. sed quia ieiunare nō consue
uisti. Denique quid scis an ex ie
iunio hoc tibi accidit. Heri
forte tale quid inmoderate
comedisti uel bibisti quod nunc
caput aggrauat. Nō ergo omnia
aut ad precepto difficultatē aut
ad vin[...] impossibilitatē refe
renda sunt. Admonicio lapsi
ut resurgat c. XXXIX.

Surge ergo frater. Non enim
impossibile est surgere quamuis
sit difficile. quam facile est cade
re. facilius est enim edificia destruere
quam astruere. facilius est enim poc
ta descensus auerni. sed reuocare gradum
superasque euadere ad auras. Hoc
opus hic labor est etc. Nō ergo
dixit. hoc impossibile est. sed
hoc inquit opus. hic labor est
est. Possibile est ex quo habeat opus
probabit opus / labor adhuc beatum
festina igitur ut resurgas Nam si
resurgere hodie est difficile cras
erit difficilius. Qui nō est hodie
cras minus aptus erit. Omne autem
tempus quod more additur additur
et casui. quanto autem iacebis diucius
tanto cades profundius. Ipsum namque
iacere cadere est. Cadere fateor humanum

est · sed nichilominus humanum resurgere
Iuxta illud Numquid qui cecidit non
resurget · i · nonne qui potest cadere
potest et resurgere · non resurgere vero
nullo modo humanum dicendum est · sed
dyabolicum · cuius tota vita ruina
est · Notanda igitur est in hoc
loco quadripertita varietas · Qua
tuor enim sunt · scilicet stare cadere
surgere non resurgere · Horum duo
media hominis sunt · Homo enim et
cadit et surgit et iterum recidit
et iterum resurgit · Stare vero
absque casu solius angeli est · non
resurgere · solius dyaboli est · Qui
ergo stat et non cadit angelus est
Qui autem cadit et post casum non
resurgit · quia non potest · sed quia
non vult proculdubio dyabolus etiam si homo
sit · Unde de tali homine dictum · et
unus ex vobis dyabolus est · Unde
et dicitur ad homines ubi plane dyabolica
temptacio removetur · que scilicet tri
plex est super se infra se contra
se · Super se temptatur quando quis
efficitur velut deus · Infra se temptatur
quando quis nimie appetit inferioribus
et sordidioribus et vilioribus quam necesse
sue dignitatis exposcit · Temptatur
contra se est quando aliquis sciens
prestat eciam ad mortem et in peccato
non penitet aut desperans aut
nimis sperans · aut licet sperans
nec desperans · sed incredulus ad
sperandum et ad timendum id est
nec nimium credens futurum · nec
dampnationem obstinatum · quia
neutrum credit futurum · sed omne
iudicium putat defuturum / dicens
cum Epicuro · Nichil post mortem
et mors ipsa nichil · Quatuor
enim tue calamitatis gradus superius
enumerate · scilicet non stetisse · cecidisse ·
iacere · non surgere · Quod non stetisti le
vitatis fuit quod cecidisti infirmitatis
quod iaces voluptatis est quod non
resurgis consuetudinis · Levitas
impellit · infirmitas prosternit · premit
voluptas · sepellit consuetudo · Po
suisti arundo vento agitata · Sed o
folium cadens ab arbore / tercio sicut
es paraliticus grabato assuetus · Nam
que est differentia inter mortuum et sep
ultum / quarto lazarus in sepulchro
quatriduanus fetens ob volutus
linteis tumulatus · Arundo fui
sti quando ad levissimum sibilum te in
clinasti · folium fuisti quando spiritu temptationis
procelloso? ascendente super te locum
tuum dimisisti · Paralisis autem disso
lutio · nichil enim magis hominem
dissolvit quam voluptas · His ergo
gradibus i · levitati infirmitati
voluptati consuetudine adiungens
te fecisti quatriduanum · Tumulatus
et oppressus es obstinacione · Hec
enim est tuba que supponitur cada
veribus mortuorum · De
consideratione que primam pro
ponit c xl° :—

Valde ergo timeo ne nimium
speres cum tu non habeas plures
raciones nimium sperandi quam
desperandi · Nam sicut maledictus
Cayn qui desperavit ita maledic
tus omnis qui peccat in spe · Sed verum
peccatoris dei manum sinistram expertus
es cuius iram i · vindictam · cumque
modo non est tibi facilius incli
nare animum in hanc dexteram quam
in illam sinistram · quod deus plures
habeat misericordie quam iusticie · cum ipse

sit utrumque scilicet misericordia et iusticia nec
possit esse maior seipso. Si ergo
cogitas deum multum misericordem
cogita eum etiam esse iustum iuxta
illud misericordiam et iudicium cantabo
tibi domine. Hec cogitacio parit tibi
timorem qui est inicium sapiencie
clavis iusticie que sola clavis
reserat ianuam sepulchri. Ipse enim
est angelus qui revolvit lapi-
dem ab ostio monumenti. cuius aspectus
sicut fulgur / et vestimenta sicut
nix. Aspectus timoris est cogi-
tare et intelligere terribilia. Hec
sunt maxime iiii^or que semper
ponenda sunt ante oculos mentis
scilicet iudicii veniens / iudicis se-
verus. tormenti eternitas. et enor-
mitas peccati. Hec quatuor sollicite
considerata faciunt animum considerantis
sicud fulgur. scilicet ardentem et ru-
bentem. hoc est dolentem et pu-
dentem. Item ista quatuor sollicite
considerata faciunt ut vestimenta
considerantis sint sicud nix. quia cum
peccator attente considerat quod moritur
si non peniteat. statim induit
saccum penitencie rigente algore co-
mitente et niveo candore castitatis
quia scilicet candor et rigor sunt due
nivis proprietates propter quod enim dixit
et vestimenta eius sicud lana alba
sicud lac. sed sicud nix. inquit
perfecto significare volens / quia
si penitencia amara est et constringens
et rigida candida tamen est et cito
resolvitur. quia et brevis est quantum
tenetur sit tribus. De mala con-
suetudine abolenda ·c· xli^us

Clamat nobis Ihesus voce
magna. Lazare veni foras

Exeundum enim tibi est adhuc li-
gato. Quamvis enim sit sepultus ad
consortium consuetudine serum affert.
sed non obstinacione. Alioquin nec
ad consortium veniret. Quando ergo te
solvemus ab istis vinculis. Recurrendum
est ad consuetudinis originem que
primo eradicanda est ut extirpata
penitus radice. ramus eius non
repullulet. Ait autem Augustinus in libro
confessionum. Ex perversa voluntate fit libido
et dum servitur libidini fit consuetu-
do. et dum consuetudini non resistitur
fit necessitas / que sunt quasi
quedam ansule sibimet innexe catha-
thena stringentes unde peccator constringi
debuit cathena. vel de hoc funiculo
dicitur in ysaia. Ve qui trahitis iniquitatem
in funiculis vanitatis. id est peccatum peccato
addentes quasi filum filo ad faciendum
funem. Hic est funiculus triplex
qui difficile rumpitur. Prima tortio
huius funiculi fit ex illis duobus
filis scilicet perversa voluntate et libidine
Secunda ex libidine et consuetudine
et est in hoc funiculo ipsa libido quasi
bis tortum filum / Tercia vero fit
ex consuetudine et necessitate. Quid est
perversa voluntas. perversus animi motus
ad appetendum aliquid propter deum
propter seipsum et ex hoc perverso motu
iam ex pena peccati nascitur ut illud
sibi libeat vel placeat ad quod appe-
tendum se perverse movit. Et ita
sequitur secundum peccatum et pena prio-
ris. Libido namque dicitur a libendo
vel placendo. Et quecumque nobis pla-
cent. blanda quadam sui violencia
usum sui facilem nobis extorquent.
Ita quod libenter facimus et frequenter

primo si possemus numquam non fateremus sicut ex libidine est consuetudo. quia cum hunc cibum comederint adhuc esurient. Numquam enim porcorum siliquis venter humanus potest expleri. Curare vero ex consuetudine nascitur necessitas manifestum quia videlicet consuetudo est altera natura. O violentia consuetudinis quanta est tua potentia que de libertate facis servitutem / de morbo complexionem / de voluntate necessitatem / de casualibus naturalia / de contingentibus impossibilia. Vis ergo evadere hunc funiculum tam subtiliter quam velociter retruere ad primum nodum qui fit ex prava voluntate et libidine / et securus esto quod isto dissoluto dissolventur alii qui sequuntur. quia cessante causa necesse est cessare effectum. Nempe hic consistit tota vis huius funiculi. Omnis quidem novissimus nodus primo solvendus est. et novissime primus / hic autem e converso. Avertere igitur a sensibus corporeis res sensus allicientes et facile avertetur ab animo prava affectio. que si prava fuerit statim libido prava erit. Unde Seneca. Hoc agendum est. inquit ut irritamenta viciorum quam longissime profugiamus. Nemo enim iuxta prostibulum vivat continens. Nemo taberne proximus vivat abstinens. Nemo inter forensia iurgia silens. Nemo qui in seculo vivat sapiens. Qui enim socius est stulti efficitur ei similis / qui picem tetigerit inquinabitur ab ea. Qui in flammam se ingesserit numquam non flammabit.

De fomentis libidinis subtrahendis c xlii°

confringet dominus secularium pompas
cedros. quia vox domini confringentis
cedros. Et si postmodum ut fieri
solet. per illustrata opera quasi perfecti
iustificatione surgunt et cedri
magnarum elationum. Addet dominus
et illas confringere. quia confringet
dominus cedros lybani. Et ideo pro
illis ponit presens non futurum. de cedris
vero lybani loquens futurum ponit
non preteritum. Vox inquit domini con-
fringentis cedros. Et confringet dominus
cedros lybani. Vis adhuc melius
nosse que sunt cedri lybani. quibus
confringendis sufficit sola vox domini.
Est cuius forte pars aliquid ie-
iunavit paulo plus vigilavit
lacrimam in oratione fudit. Incipit
statim se sicut cedrum ceteros in sui
comparatione despicere patrum prece-
dentium institutis adinventiones
suas anteferre. Miratur sepe
apud se cur miracula non faciat
indignatur aliis quod in eis placorum
non accipiat quod in maiori re-
verentia non habetur. Aliorum invidie
non sue inercie deputat. Cum
pallidam faciem. non quam pollu-
tam mentem gerat attendit;
Immo sepe cum se se fedis tytil-
lacionibus prurivisse et in nuda
delectatione fedari consenserit.
Non ponit negligentiam suam. sed
quia ad humilitatis custodiam hoc se

preci fingit. Unde fit ut quia libidines
quia humilitatis custodia non evigilet
et humilitate putat quod se turbari
tempus fedari non timet. Et nescit
quam sit destabilis superbia. quod in
tanta putredine non se petrum
sed alterum paulum reputat. cui
tunc datus sit angelus sathane
stimulus carnis sue ut eum cola-
phyzet. ne eum magnitudo
revelationum extollat. videlicet
multitudo virtutum. Fit itaque miro mo-
do immo miserabili modo ut sic super-
biat ut tamen luxuriari non desinat.
Sic que luxuriet. ut tamen superbire
non desistat. Cuius putris sunt
cedros lybani huiusmodi conterere nisi
ille ad cuius voce confringuntur cedri.
Cui cum voluerit confringet eos
cedros lybani. Et ut amplius
miseris comminuet ut vitulum
libani. Ve hec mutatio dextre
excelsi. rigorem cedri conterere. Et
ad similitudinem vituli lybani. quasi
quelibet tumida corda inclinare
ad ymaginem humilitatis christi. Cuius
putas attritus est pro scelera
nostra. non peccata sua. Vitulus ille
singularis veniens a lybano de
monte umbroso et condenso. quia
a summo celo egressio eius. et occursus
eius usque ad summum eius. Ubi
splendeat candor lucis eterne. inde
egrediens exiit secum splendorem
iusticie. quo regrediens mortalitate
deposita induit nitorem glorie
Cuius inquam putas comminutus
est vitulus iste. nisi quo scriptum
est. quia cum in forma esset dei non
rapinam arbitratus est esse se equalem
deo. sed semetipsum exinanivit formam
servi accipiens et habitu inventus ut homo. qui
tandem semetipsum humiliavit factus obe-
diens usque ad mortem. mortem autem
crucis. Attende queso humilitatis
magnitudinem attricionis eius si te

Tormento tamen nichil acrius. mor-
te crucis nichil ignominiosius.
huc accedit quod patitur sponte
sua. adde illud quod moritur
sine culpa propria. Audiat queso
quo inclinari debeat. qui se
ut vitulum lybani comminui desi-
derat. Asperima vilissima sponte
sua. et sine culpa sustineat.
Nunquam hoc tamen aliquis de sua
virtute presumat sperare. Hoc tamen
de pietate dei; cui suppetit cum
voluerit comminuere quaslibet ce-
dros. Quociens ergo videris quosdam
prius de sua correptione furentes
Postea in tribulacione gaudentes:
prius letari in explendis suis de-
sideriis Postea in infirmitatibus
gloriari. Prius laudibus suis in-
flari post modum libenter pro nomine
ipsius contumelias pati. Scire
potes quia comminuit eos ut
vitulum lybani. Talem et te op-
portet exhibere si inflectere
cupis rigorem cedri et similari
te vis iuxta formam humilitatis
Christi. Sed ipse te melius docet
quam ego. Audi quid dicat. et
imitari memento. Cum descendi
de celo inquit non ut faciam voluntatem
meam. sed voluntatem ~~suam. et tu
sathagis implere~~ eius qui misit
me patris. Ipse noluit facere
voluntatem suam. et tu sathagis
implere voluntatem tuam. Pater
tuus. prelatus tuus. Christus que-
sivit implere voluntatem patris
sui. et tu stude facere voluntatem
prelati tui. Caute tamen vix vitu-
lum invenimus quem in holocaustum
deo mactare debemus. Nichil
enim ita flagrat deo maiorem
suavitatis quam si mactetur deo
vitulus proprie voluntatis. Qui est

tamen ut ita sit de lybano. an de car-
melo. Alii sunt vituli qui pascuntur
in superficie lybani. atque alii sunt qui
nutriuntur in pascuis carmeli. Vi-
tulum carmeli nutriunt. qui voluntate
sua non deserunt in rebus adhuc
carnalibus. Vitulos lybani pascunt
qui voluntate sua serviunt in studiis
spiritualibus. Iste querit lautiores
cibos quam ceteri. Vitulum suum impin-
guat de feno carmeli. Ille absti-
nere volens dedignatur comedere
quod ceteri. vitulum suum nutrit in
pascuis lybani. Iste forte rapit
vestem molliorem. ille usurpat
si forte vilem hispidiorem. Utrique
pascua querit vitulo suo. sed hic
de carmelo. ille de monte lybano.
Denique quicquid propter mollitiem mentis
vel teneritudinem carnis agitur
Ad carmelum pertinere videtur. quia
carmelus molle vel tenerum interpretatur.
Quicquid autem contra possibilitatem super ordinis
institutum. vel contra prelati consilium
insolenter presumitur. inter armenta
lybani iuste annumeratur. Ve vobis
qui confiditis in vitulo samarie
qui tanto studio servitis voluntati
proprie. In iudea venistis. Et quid
ad Samariam descendistis proprias volun-
tates custodientes et excusantes Prius a
seculo venientes. proprias voluntates
vestras custodientes et confitentes dampna-
batis. Nunc ab illo fervore de-
ficientes proprias voluntates queritis
et custoditis. Sic de iudeis Sama-
ritani effecti estis. In iudea vitulus
proprie voluntatis deo mactatur. In
Samaria pro deo adoratur. Si in
iudea es vitulum in sacrificium deo
mactas. Si in samaria es. vitulo
tuo vilius omnibus servis Si carnis
curam in desideriis agis. vitulum

tum desero pascis. Quia omnis caro fenum. et omnis gloria eius quasi flos feni. In hoc gloriari si desideras tua perficis. Non est bona gloriatio tua. Nonne multo melius immo multo rectius qui gloriatur in domino glorietur. An nescitis quia hec gloria nostra testimonium est conscientie nostre. Sed mutaverunt dicit gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum. Sed quid fiet queso de ceteris huiusmodi vitulis quin nec saltem placere potest vitulus Libani nisi forte diligenter comminuatur. quemadmodum decet ut victima holocausti. Sed quo nam inquis modo illum comminui oportet. Hoc te Moyses melius quam ego docebit qui vitulum iubet per frusta dividi. Post caput positum flammis in cineres redigi. Quo queso eum subtilius unquam comminuimus quam cum prius in frusta postea in tenuem pulverem redigimus. Vitulus autem in Libano pascitur si volueris nam non nisi in rebus honestis sequitur. Vitulum vero mactamus cum obedire amore omnem singularitatem abdicamus. Vitulum autem per frusta secare est de presumpta libertate in toto se vituperare. Sed hunc usque ad finem dimidiat quicumque singulatim sua opera diligenter distinguit. et se in singulis de presumptionis audacia reprehendit. Tunc autem nichil amplius superest nisi ut igne compunctionis vel flamma divine dilectionis eo usque cremetur quousque omnis huius arrogantie voluntas sopiatur. De huiusmodi holocausto est quidem ad huc cogitationum tenuis remanet quod omni animi recordatione pure non decet. Quia ubi satis suas quisque presumptiones reminiscitur. quidam in earum recordatione conscientia

humiliata confunditur. Sed cum dicit vitulum nunc diligenter tractare et iuxta legis preceptum comminuere voluimus. paulo longius digressi sumus. Restat illud in fine dicti sermonis nostri quid sit differentia inter cedros Libani et vitulos Libani. Per vitulos Libani accipimus presumptiones et arrogantie. Per cedros intelligimus fastus superbie. Arrogantia est super se aliquid presumere. superbia est de sua presumptione intumescere. Totiens itaque in Libano vitulum nutrimus quotiens super verum modum boni intentione presumimus. Tunc cedri qui de Libano surgunt cum de operibus nostris bonis elationis fastus se in altum extendunt. Sub talium cedrorum umbra vituli se delectabiliter pascunt. dum pro adipiscendo ... nomine intimis laboribus non lassescunt. Et comminuet eos tamquam vitulum Libani. Et dilectus quemadmodum filius unicornium. Ergo non solum dominus comminuet cedros tamquam vitulum. sed et iste dilectus quemadmodum filius unicornium. Sed quis iste dilectus vel quorum dilectus. Non dicit horum vel illorum. Ideo fortassis ut intelligatur dilectus omnium quemadmodum filius tuus deus dicitur intelligitur ille qui est rex regum et dominus dominantium. Cuius ergo est iste singulariter dilectus et singulorum dilectus. Sed quis alius hic est nisi ille speciosus pre filiis hominum qui incomparabili pulchritudine sua omnibus se admirabilem ostendit et amabilem facit. Ubi vide quomodo sit omnium dilectus. Audi quid de eo dicit pater eius. Attende quid de eo clamet sponsa eius. Vox patris ad dilectum. Hic est filius meus dilectus. in quo

nichil bene contemplari. Vox spo-
se de dilecto. Adiuro vos filie
ierusalem si inveneritis dilectum ut
annuncietis ei quia amore lan-
gueo. Et de angelis scriptum est
In quem desiderant angeli prospicere
Et iterum de hominibus legitur Veniet
desideratus cunctis gentibus. Ergo
dilectus iste dilectus est patris
sui, dilectus est sponse sue, di-
lectus hominum, dilectus angelorum
dilectus omnium, dilectus singulorum
Patet ergo quod verum dilectionem non
habet qui huius dilecti dilectione
non ardet. Audiamus est dilectus
Audiamus quemadmodum vel quantum
dilectus. Et dilectus quemadmodum
filius unicornium. An forte hoc
genus animalium precteris omnibus
diligit fetum suum ut pocior sit
unicornibus pro fetu suo pre cum
fetum perdere, ut malunt pro ipso
mortem incurrere quam ipsum vel
unum amittere. Sed qualis de dil-
ectionibus Christi non videatur quod eos
pro Christi nomine mori delectat. Te-
stis sit iste tantus singulis effusus
martirum. Quod Christus sit quem-
admodum filius dilectus unicor-
nium. Nam et ipsi eius dilectores
ipsi utique unicornes et ipse eo-
rum est filius, et ideo vere
dilectus quia veraciter filius et
diligitur ab eis quemadmodum
filius unicornium, quia diligunt
eum quemadmodum diligunt, que-
admodum decet eos diligere
filium suum. Cur autem eos scriptura
sancta unicornes dicit Racio ma-
nifesta occurrit. Nam ante peccatum
geminatus fortitudinem, quia geminum
cornu accepit, quia ad repel-
lendum peccatum et ad removendum
incomodum gemina virtute munitus
est. Vna fuit integritas corporis alia
fuit integritas mentis. Integritate
corporis accepit contra miseriam in-
tegritate mentis contra maliciam Mala
contra mortalitatem istam contra nequitiam
Congressus cum dyabolo quia per ne-
gligenciam suam cecidit ipso casu
unum ei dyabolus cornu excussit al-
terum inclinavit Quia cum morte
homo nulla ratione certare potest
quia altero cornu penitus nudatus
est. Sed quia libero arbitrio penitus
privari non potuit dextrum quodam
modo non perdidit, sed quantum infirma-
tum tum inclinatum gerit Et
ideo si qui erat post primum lapsum
cum peccato resistere valebat, facile
eorum adversarius de eis triumpha-
bat. Sed iustus tandem homo
veniens visitavit nos oriens
ex alto Visitavit ergo et fecit red-
(emptionem) ple(bis) sue Et erexit cornu salutis
nobis in domo david pueri sui
Et ergo unum tantum cornu deinceps
sed erectum portant, mortis quidem
supplicia pacienter tulerunt. sed
per quosdam hostes fortiter impu-
gnant et non regnet peccatum in
mortali corpore eorum. Hinc est
quod confidencialiter psallunt dicentes ei
A quo cornu acceperunt. In te ini-
micos nostros ventilabimus cornu
et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis
Acceperunt itaque, inquam, cornu
salutis, acceptum quoque cornu
servaverunt. Et tunc gemino cornu
polleant, qui nunc in uno fortiter
pugnant et gloriose de hoste tri-
umphant. Vt tunc habeant quo
sicut et a peccato liberi et ab omni
pena securi cum sua promissione
in eis impleverit. Qui eis nunc
cornu salutis erexit. Quia cornua

pectore confringentur et exaltabuntur
et exaltabuntur cornua iusti. Vides
ergo quantum ad opus spectat quod unusquisque
non nisi uno cornu agitur. Unde
et iustus quisque vincendus dicitur
tamquam tamen quisque cornua non
tantum cornu erigitur. sed etiam
exaltabuntur. Ergo non solum erigitur
ad illam celsitudinem quam
incepit homo ad opus perveniendus
Sed exaltabuntur ad illam subli-
mitatem quam ipse debet homo
glorificandus. Prima namque hominis
fortitudo vel virtus fuit posse
non mori et posse non peccare. quam
absorpta iam erit mors in victo-
ria. et ipse homo sublimatur in gloria
dilecto confirmatus in bono et consumma-
tus in gaudio. Certe quo vincor-
nes sunt. Viri magni tale filium
ipse potuerunt. Unde magni sunt
talem filium. Ut viri dicitur
esse filius vincorum. Interroga
ipsum cor filium. Quicumque in quantum
fecit voluntatem patris mei qui in celis est
ipse meus frater soror et mater
est. Quid est filius patris. nisi
verbum et sapientia patris. Verbum patris
filius est patris. Item voluntas ho-
minis quid est aliud nisi quedam
proles mentis. Si igitur eadem est
voluntas tua et voluntas patris
idem est filius tuus et filius patris
Virtus sapientia voluntas corde con-
cipitur et ex corde generatur. Si ergo
idem vis idem sapis quod pater: eun-
dem filium habes quem pater. Mirum
est adhuc amplius quod mirabilius
est ut tu sis pater ac mater. Nam po-
tius utrumque pater et mater. Po-
tes eum gignere in corde tuo. et
in corde alieno. Potes eum a corde
tuo concipere et ab alieno intellectu

gignitur. sed non concipitur affectu nascitur
effectu mittitur. Quando veritatem
intelligis vel alium intelligere facis
Christum gignis. Cum virtus tibi ante
vel ab alio persuadetur. Christus veri-
tatis concipitur. Ergo qui gignis es
pater. qui concipis es mater. Nosti
voluntate dei consenti ei et concepisti
amando pietatis. operando nutris
Vide quod in pietate tamquam relinquitur
Utrumque namque tute plus vult efficacia
Merito ergo maledicta sterilis et que
non parit que talem filium pro voto
ipse non potuit. tamen prius filium
non maledictus qui non gignit
Sicut maledicta sterilis que non
parit. nisi quia non corpore in mente
consistit potestate et virtute intel-
ligo tamen valor intellectus ac semper
consentio si voluero. Felix autem
homo tamen presto est cum voluerit
ipse filium. nec qualemcumque. sed deum
Quanta dignitas hominis ipse filium dum
maiestatis. Audi o homo ausculta o
homo. Tandem erige spem. exhila-
ra faciem. Si confunderis de patre
tuo confide tandem de filio tuo
Si erubescis in patre. exulta in
prole. Si contristaris in Adam primo.
congratulare in Adam secundo qui aperu-
it ad ingrediendum. quod ille ad excluden-
dum. Pulsus eiectus es de paradiso. Postea
glorificandus in celo. Intuemini quantum
gloriosus sit iste et homo est et quis
cognosceret eum. Quem putatis
quem dicunt homines esse filium hominis
Respondit Petrus unus pro omnibus. Tu
es Christus filius dei vivi. Christus se
dicit filium hominis. Petrus dicit
eum filium dei patris. Res mira et
admiratione digna. Ut unus
atque idem sit filius dei vivi et
filius hominis. Moritur deus dum
moritur. Non nisi mortuum negans

Illud quod scribit quod legimus Augustus dic comedentes ex eo morte morietur. Sed forte tunc incipit vivere tamen incipit talem filium terre Congruta humilitas omnipotentis O congruta sublimitas hominis deum terre hominem premi. humilitas incomparabilis. hominem terre filium dei sublimitas inestimabilis Quem vere diligit iste tam humilis tam altus Ve singulariter adorare dignus iste meus dilectus. Dilectus hominum. dilectus angelorum. dilectus omnium. dilectus quemadmodum filius unicornium Ut autem quendam illud restat tunc postquam dixit confringet dominus cedros libani. Psalmista ea addat. et dilectus quemadmodum filius unicornium. Verum cum dominus et dilectus quemadmodum filius unicornium. Ac si dixisset dominus quid addi oportet. et christus eius tamen sit unus atque idem dominus non solum pater et filius sed et spiritus sanctus Et tam pluribus scripture locis talem distinctionem invenire potes ut est illud Astiterunt reges terre et principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus christum eius Quid ergo dicemus. Sed scimus quia christus in eo quod unum ad alterum idem quod pater est idem atque eodem modo operatur quo pater Sed quid mirum esse debet si in quo aliud est quam pater. aliud modum operandi habet quam pater. Si similiter agit in sua divinitate ut pater. in qua similis est patri. quid mirum si dissimiliter operatur in qua dissimilis est patri. Et at secundum aliquid dissimiliter operatur manifeste ut arbitror ex tali distinctione innuit cum dicitur Confringet dominus cedros libani. et comminuet eos tamquam vitulum libani. Et dilectus quemadmodum filius unicornium Confringet et comminuet cedros ut diximus. Non solum dominus. sed etiam summus et meus dilectus Quid est cedros confringere vel comminuere. nisi superbe mentis rigorem conterere vel altitudine inclinare. Sed dominus absque dubio et nichilominus dilectus omnium arrogantiam qui vult humiliat et quem vult inclinat. Sed facit hoc dominus terrore sue maiestatis. et dilectus facit hoc exemplo sue humilitatis Dominus ut potens dominus in sua virtute dilectus ut dulcis et suavis in suavitate Et tamen utrumque viget idem dulcis et virtus dominus suavis et mitis omnibus invocantibus eum Quid ergo quis considerata domini potentia in conspectu tante maiestatis altitudo sepe erubescit. et aliquid contra voluntatem eius presumere erubescat absque dubio in eius corde dominus elatorum cedros confringit. Aliquis visa dilecti in se nimia humilitate confunditur superbus apparere cum videat dominum maiestatis formam servi accipere legem implere hominibus obedire. crucis opprobria patienter sustinere Cum ergo quis viso domini humilitatis exemplo in sua presumptione confunditur et ab omni altitudine presumptionis decidit patet profecto quod dilectus iste cedros mentis elatae rigide confringit et tamquam vitulum libani hoc est ad similitudinem sui comminuet Recte ergo dicitur Confringet dominus cedros libani. et dilectus quemadmodum filius unicornium. Vox domini intercidentis flammam ignis Aliud est ignis quem venit Ihesus mittere in terram Aliud quem venit ipse extinguere. De celo veniens celeste ignem invenit terrenum. Omnis amor ignis est. sed non omnis amor bonus est. Est amor licitus et est amor illicitus Et qui licitus non est amor bonus non est

Amor itaque bonus ignis est bonus
Et amor malus ignis est malus
Ignis bonus ignis caritatis. ignis
malus ignis libidinis. Ignis
bonus erat de quo ihesus dicebat
Ignem veni mittere in terram. et quid
volo nisi ut ardeat. Ignem bonum
venit accendere. ignem vero malum
venit extinguere. Ideo per moysen
prohibet ignem alienum. ne offe-
ratur super altare suum de suo autem
igne precipit ut semper ardeat
in altari suo. Amat ergo ignem
suum. odit vero ignem alienum. Igne
suo ardebat qui dicebat Nonne
cor nostrum ardens erat in nobis de ihesu
dum loqueretur nobis in via. Tali
igne ardebant. qui spiritum sanctum
in igneis linguis acceperunt
Nam et ipse spiritus sanctus est ignis
non comburens. sed illuminans.
Et ideo rubus ille quem moyses
intuebatur ardebat et non combu-
rebatur. Sed ignis malus et alie-
nus est consumit non illuminat
Ignis est enim ut ait Iob usque
ad perditionem devorans et omnia
eradicans genimina. ardens usque
ad inferna novissima et montium
fundamenta comburens. Flammam
tamen huiusmodi ignis dominus cum voluerit
intercidit et cum placuerit penitus
extinguit. Cum autem intercidat ut
in parte ardeat et in parte deficiat
Hoc scriptura manifeste ostendit cum
dicit Vox domini intercidentis flammam
ignis. Cum autem huiusmodi ignis absque
flammam extinguat. alia scriptura
evidenter declarat. Ubi legitur Angelus autem domini descendit in for-
nacem. et excussit flammam
ignis de fornace et fecit medium
fornacis quasi ventum roris flantem
Vides ne quomodo ibi dicitur
excussisse hic permittitur intercidere

Sed cur hic quemadmodum et ibi
non extinguit. Forte quia pueri
erant quibus loquebatur ille qui probabat
Sed forte pueri non erant quibus
daniel loquebatur. Non dum plene
conversi erant et effecti ut parvuli. sed
erant in oculis suis magni et
erubescebant humiles videri. Sed
ut istud quod in eis perelationem
timuit existat. flamma ignis
in parte aliqua reservatur. et ita
ne flamma incendii usque ad consum-
mationem eos rapiat. et quodam
modo quasi in nichilum redigat. fla-
ma ipsa ex maiori parte absciditur
et extinguitur. In parte ergo ardet
utiliter hec flamma ad custodiam
humilitatis et in parte magna re-
cepit omnino salubriter extinguitur
ad cautelam fortitudinis. Sic paulo
datus est stimulus carnis sue
ut eum colaphizaret. ne eum
magnitudo revelationum extolleret
Vides ne quod hoc genus adiutorium
utilitatem agitur. cum flamma ad hoc
in parte reservatur. Sed cum quis ple-
nius conversus fuerit et effectus ut parvulus
et perfectam puritatem adeptus. forte
tunc erit ut extinguatur. sicuti in
tribus pueris illis qui pueri erant
extincta fuisse legitur et creditur.
Puer enim a puritate dicitur. et qui
purus est vere puer appellatur.
Et est alia puritas mentis. alia
puritas oris. et alia puritas actionis
In corde simplicitas in ore veritas
in opere sinceritas. Hos ergo pueros
hic credimus. cum sanctum est quod
meditantur. verum quod loquuntur
iustum quod operantur. O felix nimium
et deo nostro grata societas horum
trium puerorum per unam caritatis
concordiam in voluntate sermone
et actione. Videt hoc rex
babilonis et invidet. et precepit eidem
ad adorandam statuam suam

aurea compellit. sed adorare de-
trectantibus fornacis incendium
parari iubet. facile eorum sanctitatem
deridet et despicit, si eos a sua
sanctitate in superbiam erigere possit.
Quid est enim statuam auream ado-
rare, nisi superbie et vane glorie
in talibus studiis deservire. Tunc
eos in regno suo libenter patitur
tamen eorum studia elacioni militare
intuetur. Sed cum videt statue sue
altitudinem et aurum despici. Et
nec munda que gerunt omnem
elacionis gloriam vindere iubet
fornacem accendi. et rogum eis
incendi parari. Quos enim non
potest per gloriam elacionis superare se
sperat per ardorem libidinis. Rex
babilonie est ille qui est rex super
omnes filios superbie. Ministri eius
ad tale opus dirigit sunt decepto-
rii spiritus illi, quos scriptura sacra
spiritus fornicacionis appellare con-
suevit. Ab hiis fornax accenditur
cum tuo mentem ardore libidinis
inflammant. Accensa fornace, pue-
ros ligant et in fornacem proici-
unt. Pueri extra fornacem in-
veniuntur, quia spiritualibus studiis
et celestium contemplacionibus
intenti, pene se in carne esse
obliviscuntur. Hos enim pueros
est quodammodo extra carnem esse, nil
corde nil lingua vel manu car-
nale tractare. Sed tunc cum ligantur
cum temptacionibus depressi a suis
studiis impediuntur. Tunc velud in
fornacem sunt quando stimulis car-
nis frangitur. nil aliud cogitare
quam plangere vel flere potest. Hiis
angelus dei in adiutorium venit
Quia divina protectio fideles suos
numquam in certamine deserit. Ad hoc
flamma excutitur, quia divina virtute
ardor libidinis extinguitur. Medium

fornacis quasi ventum roris flante
efficit et pueros linguam in laude
creatoris resolvit. Medium fornacis
est intimum cordis. Flante ergo spiritu
sancto celesti rore perfunditur et ex
divina aspiracione concupiscencia tota
refrigeratur. Pueros liberatos cal-
deos flamma succendit. quia cum
bonis spirituale non possit insidian-
tes malignos spiritus invidie flamma
consumit. Ecce quod testimonia
prophetarum invicem sibi concordant
Pueros in daniele elacio in auree
statue despectione calcatur. Postea
in fornacis refrigeracione flamma
libidinis extinguitur. Ita et hic
cedit spiritus frangitur. Postea fla-
mma ignis intercidit. Nam si spiritus
non flectitur rigor elacionis. absque
dubio non extinguitur flamma
libidinis. Hoc autem inter hanc
et illam leccionem esse videtur. quod illic
tota flamma excussa narratur. Hic
per dauid intercidencia promittitur. Sed
quia incipientes et imperfectos propheta
iste instruit. istis maxime quibus
licet eius promissio convenire debuit
Possimus tamen hanc sic exponere
Ut possit incipientibus et profici-
entibus et perfectis pariter congruere. Nam
ubi ubique quidem flamma intercidit,
quando vel aliquam partem eius aliquid dividitur
vel tota a suo igne separatur. Et sonum
quidem, quia flamma que a suo
igne divisa est, nec adhuc saltem
perdurare potest. Videamus itaque prius
quo hec flamma augmentatur
et tunc facile erit cognoscere quo
pacto abscidatur. Nondum tamen
quod non igne extinguere, sed eius fla-
mmam promittit intercidere. Ignem
enim istum quem dum vivimus hoc
est peccati fomitem in nos metipsos

hemus. sed non carne eius semper flammam sustinemus. Tunc enim hic ignis in flammam erumpit quando carnalibus incendiis nos urit. primo quod titillat carnem. Secundo delectatione turpi conquinat mentem. Tandem per consensum sanitatis subdit filii iracundie. Hiis itaque quasi sulphureis sulphurea illa flamma libidinis crescit. Est enim quidem quibus gradibus in ordine ad vocem iubente domino decrescit. Primo namque vox illa domini intercidentis flammam ignis in incipientibus et novis conversis intercidit. quia quamquam inclinare potest consensum peccati. In proficientibus autem sepe aufert illam delectationem mentis. in perfectis autem perfectis et valde perfectis extinguitur est titillatio carnis. Multi tamen quibus ad summam perfectionem pervenerit stimulum carnis sue extinguere non potuerunt. Sed divina hoc dispensatione in eis actum est. que quamquam quod unicuique utilius accidit latere non potest. Et in aliis quidem fiebat ad demonstrationem singularis eorum fortitudinis. quia tales erant qui semper pugnare assidue triumphare sufficerent. In aliis autem ad custodiam humilitatis. cum singulare aliquod bonum preter aliis omnibus acceperunt. Est igitur in incipientibus destruit actum turpitudinis. in proficientibus contagium fide delectationis. in perfectis quibusdam motum titillationis. Recte hic dicitur Vox domini intercidentis flammam ignis. Sciendum tamen est. quod sicut nullus in hac vita hoc igne perfecte caret. sic nullus est qui eius flammam semper senciat. Cuius enim fomitem penitus hic plene destruere potest vel quis numquam

estuum libidinis sue sine cessatione sustinuit. Multum est itaque huius ignis sopire et eius flammam extinguere. Non utique potestate hominis valet. hec sola vox domini intercide flammam ignis. Vox domini concucientis desertum. et commovebit dominus desertum cades. Hucusque roboravit contra quaque temptationum. abhinc promittendo cumulat dona gratie quasi coronam post victoriam. premium post meritum. triumphum post tropheum. Dicit quod Vox domini concucientis desertum et commovebit dominus desertum cades. Unum videtur extra hoc. Aliud sub expectatione promittere hoc quod dicitur Vox domini concu. deser. ex hoc bente est. quod additur commovebit deser. ca. utique promittetur. Primum quod statum datur. aliud statim expectatur. Tale fuit illud superius. Vox domini confringentis cedros et reliqua. Sed et hoc est notandum. quia sicut ubi prius fuerunt cedri post ea cedri libani. sic et hic prius concutit desertum post ea desertum cades. Et quo utique prius ponitur quod pertinet ad actionem. Et aliud promittitur quod confirmat perfectos. Sed nunc videamus que de deserto dicenda occurrunt. Est namque desertum. Aliud bonum aliud malum. desertum malum est ubi desunt omnia virtutum. desertum bonum est ubi nulla est cultura. longe sunt tumultus hominum vel viciorum. desertum est et malum desertum. Ubi nullum est studium vel religionis studium. Item desertum est. Est bonum Ubi nullus strepitus tumultuationis est in silentio auditur vox turturis et gemitus non cessat. ex desiderio divini amoris. Desertum malum est ubi prius sunt desideria secularia desideria carnalia desertum itaque prudentie malum est. desertum autem cades bonum est. Utrumque tamen concutitur

Et ex diuina voce in fletu compungitur
Sed desertum ydumee compungitur
formidine. Desertum vero cades
compungitur amore. Ydumea itaque in-
terpretatur terrena. cades immutata siue
sancta. ydumea pertinet. quia nil nouit
nisi terrenum. nisi transitorium. facit
desertum malum. Cades autem. quia
nil amat nisi iustum. Nil desi-
derat. nisi sanctum. facit desertum
bonum. In ydumea desolatio
sanctitatis. In cades desolatio
cupiditatis. Recte ergo desertum
malum ydumee hoc est terrena.
Recte bonum desertum dicitur cades id est
sancta. quia in illo deest sanctitas
regnat terrena cupiditas. In isto
abest concupiscentia. permanet
sanctimonia. Istud septuaginta expo-
nomine ut potest quod nouit
commendat et explicat. de malo lo-
quens non nominat. sed tantum
dicit desertum. Ut intelligatur ad
quod quod non est sanctum. et cades
nomine prorsus indignum. Utrumque
tamen ut diximus concutitur. verumtamen
commouetur. ut adueniens immutetur.
Ad hoc namque concutitur desertum
malum. ut commutetur in bonum. Ad
hoc commouetur bonum ut promo-
ueatur in optimum. Est commutatio
de malo in bonum commutatio bona.
Est in mutatio de bono in optimum
immutatio sancta. Recte ergo desertum quod
de bono in optimum commutatur
Cades dicitur. Nam cades ut dictum
est immutata vel sancta interpretatur.
Desertum ergo quod adhuc malum
est. Et ob hoc cades dici non potest
Concutitur et compungitur consideratione
et horrore proprie iniquitatis. Desertum
vero cades eo quod bonum iam sit.
si ad meliora intendesit concutitur
et ipsum compungitur. sed ex desiderio
amplioris sanctitatis. Illud ergo ex-
pauescit malum quod fecit. istud
ingemiscit pro bono quod non accepit
Illud tremit ad recordationem diuine
maiestatis. istud liquescit contem-
platione superne pietatis. Illud
trepidat ex multa formidine. Istud
suspirat pre nimia dilectione. Illud
ne rapiatur ad tormenta. Istud quia
non dum subleuatur ad gaudium. In-
cipiencium ergo est concuti timore
Perfectorum autem est compungi amore. Et
idcirco unum statim datur. aliud inchoatur
Aliud premittitur ad perfectionem. Recte
ergo dicitur de hiis concuciens et compungens.
Vox inquit domini concucientis desertum et
commouebit dominus desertum cades. Nam compunctio
timoris quibusdam in ipso initio datur
sed compunctio amoris quousque perfecta
caritatis foris mittit timorem
differtur. Hoc geminum est compunctionis
genus irriguum superius et irri-
guum inferius. Unde alibi propheta
psalmista dicit Qui diuisit mare
rubrum in diuisiones. Quid est
rubrum mare nisi amaritudo penitentie
mare ergo rubrum ei quod adhuc in-
diuisum manet. qui non nisi ex
sola dampnationis formidine ge-
mere nouit. Cum mare diuiditur
qui compunctione geminatur amaritudinem
cordis. tunc geminat. cum quibus
fletu compunctionis alternat ut modo
defleat quod perpetrauit. modo su-
spirat pro bono quod concupiscit.
Meror ex consideratione et trepi-
datione malorum. mare a sinistris
maris a dextris est meror ex
contemplatione et expectatione
bonorum. Et erunt eis inquit aque
quasi pro muro a dextris et a sinistris
Cum in uno excludimus concupi-
scentiam. in altero vitamus negli-
gentiam. Qui igitur expectat premium
extendit se ad meritum. et qui time-
tuit penam. sollicite declinat

culpa. Sciendum tamen quod compunctio
timoris est utique tempore prior, sed
dignitate posterior. Post multas
enim lacrimas primo tandem ad spem
venie reducitur. et vix aliquando
multis suspiriis et fletibus et ge
mitibus inenarrabilibus ad beatitudinis
certitudinem reformatur. Semel autem
suscepta eternorum fiducia multo anxius
multo uberius ingemiscimus et
flemus ex impatienti desiderio bonorum
quam prius fecimus ex formidine ma
lorum. Quam cupimus dissolvi et esse
cum Christo etc. depositam nobis coronam
iustitie. Amoris enim lacrime et
acrius afficiunt et uberius oriuntur.
Hinc est quod Ezechias dicitur. Ecce in
pace amaritudo mea amarissima.
Magna itaque amaritudo est qua
quibus renunciantibus seculo ad religionem
convertitur. Maior autem quam alme
[illegible] senectutem in variis [illegible]
temptationibus fatigatur. maxima
quod illa degustata [illegible] que exsuperat
omnem sensum. Et tamen plene non ad
mittitur. Amara itaque in conversione
amarior in temptatione amaris
sima in interne et eterne dulcedinis
expectatione et impatienti desiderii
dilatione. quia spes que differtur
affligit animam. Hinc est quod alibi
ipse proclamat dicens Heu michi
quia incolatus meus prolongatus est
Et illud Renuit consolari anima
mea. Qualis quantaque putas ama
ritudinis magnitudo [illegible] fuisse
[illegible] que pre doloris levamine
nullam esse consolationem recipe
volebat. Multum quidem vexat
hominem cum relinquitur amor
mundi. Multo amplius tormentum
cruciat cum tollitur amor sui.
Verum tamen super omnia transfigit et pe
netrat cor hominis et excoquit
desiderium estibus amor Dei. Unde vox
illa flebilis Sitivit anima mea

ad deum etc. Fuerunt michi lacrime mee
panes die ac nocte dum dicitur michi per singulos di
es ubi est deus tuus. Et illud in Canticis Ful
cite me floribus stipate me malis
quia amore langueo. Et illud
quod superius commemoravimus Ecce in
pace amaritudo mea amarissima.
Sic itaque post fletus et gemitus [illegible]
pervenitur quamque ad desideria amoris
Prima quippe cor hominis prius compungitur
timore. postea compungitur amore
amore. Recte propterea dicitur. Vox domini
concutientis desertum et commovebit dominus desertum Cades.
Vox domini preparantis cervos. et reve
labit condensa. Sicut in conversione
deserti, genus compunctionis. sic in preparatione
cervorum genus amaris [illegible]. Non enim
sufficit declinare mala [illegible]. Nisi
[illegible] nos etiam ad bona
opera. Ad hoc utique convertitur desertum
cordis nostri ut simus devoti ad orationem
Ad hoc datur nobis cervina veloci
tas. ut prompti simus ad operationem
Cervus namque animal velox et
pavidum et serpentibus inimicum
In agilitate itaque pedum recte in
telligitur expedita et prompta ve
locitas actionis. Vultis audire
cervinam velocitatem currentis. Viam manda
torum tuorum cucurri cum dilatasti
cor meum. Vultis audire vocem
preparantis ad cervinam velocitatem Sic
currite ut comprehendatis. Vultis
audire preparantis ad cervinam formi
dinem Beatus inquit homo qui semper
est pavidus et in sensu cogitat
transgressionem Dei. Vultis audire
preparantis cervos ad infestationem ser
pentium Mortificate inquit membra
vestra que sunt super terram etc. Tria
itaque hec ad cervinam videntur pertinere
Viam mandatorum velociter percurrere
demonum insidias semper suspectas
habere. Venena vitiorum audacter
destruere. Actio itaque expedita
pavida et infesta cervos facit.

Quia inquietudo expedita velocitate fluit · inquietudo prouida vtilis pauidudo · quia tantum reddit inquietudo iusta · Venena viciorum extinguit Multi in hoc quod velociter currunt serpentes non occidunt · sed nutriunt · quod ex eo quod fortiter agunt · superbia · vana gloria aliique huiusmodi serpentes qualescunque Alii autem bona in bonis operibus intencione habent · inquietudo valent superare viciorum venena mortificare student · sed dum modum et tempus in suis studiis tenere nesciunt · in demonum insidias quasi venatum laqueos incidunt · Unde se velud securos virtute crediderunt · Et isti quidem quamuis habeant ceruinam velocitatem · carent tamen hare formidine · quia tantum precipites quantum veloces nesciunt vel potius nolunt hare circumspectiores. Vnde est quod eis clamat vox domini per sapientem Fili accedens ad seruitutem dei sta in iusticia et timore et prepara animam tuam ad temptacionem Et alibi Seruite domino in timore Ut ergo ad ceruorum numerum pertineant qui inter tales ceruos numerari desiderant Oportet eos et velociter currere et haram timere Talibus ergo ceruis taliter preparatis dominus reuelabit condensa et reserabit scripture profunda · allegoriarum opaca sacramentorum mistica · misteriorum secreta Amat enim huiusmodi diuini huius illuc discedere · inter condensa saltus lybani abdita quedam loca reperire et occulta penetrare · opaca scripture in condensis et in umbrosis requiescere Ubi enim et contra venatorum insidias latebras reperiunt · et contra solis estus refrigerium accipiunt Quanto enim altius scripture intelligenciam perceperint Quanto certe profunda perfectius penetrauerint · tanto securius tanto quiecius quasi in condensis latitantes et in umbrosis quiescentes hinc derident demonum insidias illinc despiciunt concupiscencie estus et carnales illecebras Nam ex ipsa scriptura lectione inter astucias demonum plenius erudiuntur · et inter tot sapiencie delicias carnalium illecebras · nec saltem reminiscuntur Quid ergo mirum · si post tale tantaque gratiam in templo eius omnes dicant gloriam Quid inquam mirum si eius gloriam in edificacione proximorum querunt a quo tot dona gracie gratis perceperunt Dei templum congregacio est fidelium In hoc itaque templo laudem deo dicunt · et gloriam eius querunt · qui per verbum predicacionis proximos edificare et per hoc gloriam dei dilatare contendunt Et recte quidem prius accipiunt intelligenciam scripturarum ad inuencionem sensuum · postea donum predicacionis ad vtilitatem et edificacionem proximi · prius datur intelligencia ut vera credant et recta intelligant · Postea additur eloquencia · ut vtilia doceant et salubria persuadeant · Possumus per templum non presentem ecclesiam sed celestium ciuium vel frequenciam conuenientium intelligere Nam solet sepe scriptura sacra ad distinctionem vtriusque Hanc per tabernaculum illam per templum designare Hec etenim adhuc in motu et in bellorum procinctu posita recte per tabernaculum Illa autem iam in eterna stabilitate fundata · melius designatur per templum Ad hoc itaque · nisi per contemplacionem subleuati accedere vtique nequeunt · sed intro admissi per admiracionis magnitudinem a laude creatoris cessare non

parit et impletur quod dicitur. Quia
quicumque se ad illud contemplando
elevat, quamdiu intus sit a divina
laude non vacat. Hinc est enim
quod in revertentes dicit: Quam magna
multitudo dulcedinis tue quam
abscondisti timentibus te. Et hic rursus dicit: Et
reliquie cogitationis diem festum
agent tibi. Cogitet qui potest qualis
vel quanta sit illa celebritas sollempnitatis
illius quam intus perficiunt. Credo
et reliquie cogitationum quas ad se
revertentes secum trahunt ex memo-
ria vel recordatione gustate sua-
vitatis divine deo diem festum agunt.
Cum si per templum dei cor ipsius hominis
intelligimus, qui sicut qui in hoc
templo gloriam deo dicunt citius
invenimus. Cum enim sint alii huius
templi habitatores, quam cogitationes
mentis et cordis affectiones. Cum
cogitatio inquit hominis confitebitur tibi.
Raro tamen contingit ut huius templi
habitatores omnes in unum conveniant
ut una congregati in templo eius
omnes simul gloriam dicant. Ita ut
nulla se aliena cogitatio immisceat
que illa divine exultationis gaudia
perturbet vel minuat. Posse tamen
fieri illud quisque ille melius no-
vit, quem non tam lectio quam ex-
perientia docuit. Fit enim aliquando
ut mens super pauca fidelis in-
trans in gaudium domini sui torrente
voluptatis debrietur. Et tota in iubilum
versa non solum exteriorum omnium, sed
et sui ipsius obliviscatur, et tota
in se collecta, immo super elevata
ab illo spirituali pelago plene ab-
sorbeatur. Experimento felici iam
approbans quam sit verum quod
dicitur: Beatus populus qui scit iubi-
lationem. Et tunc tribus impletur
quod dicitur: Et in templo eius omnes
dicent gloriam. Secundum primam itaque
expositionem intelligitur domus predi-
cationis, iuxta secundam vero gratia
contemplationis. Secundum ultimam
vero exprimitur iubilus mentis. Quid
autem horum rectius intelligatur ignorare
me fateor. Ubi totum verum est
quod dicitur. Nam multi sepe per
scripturarum intelligentiam accipiunt
verbum predicationis et sepe inter
legendum perfunditur mens luce
contemplationis vel in iubilum versa
tripudiat in voce exultationis et
confessionis. Quia vox domini preparantis
cervos revelabit condensa, mox
in templo eius omnes dicent gloriam.
Certe quam magna et quanta ad-
miratione digna efficit illa vox
divina. Vox domini confringentis cedros.
Vox domini intercidentis flammam ignis.
Vox domini concutientis desertum Cades.
Vox domini preparantis cervos. Et multa
ad hunc alia in hunc modum efficit
que iste enarrare non potuit,
vel que hic enarrare non oportuit.
Multum tamen est sepe inter vocem
et sermonem. Nam utrumque habent
vocem et animalia. Et tamen sermo non
formatur sine voce, quamvis vox
sonare possit sine sermone. Contin-
git ergo quandoque sermonem cum voce
quandoque vocem sine sermone.
Aliquando est sonus sine voce.
Nunc enim ut ipse de se dicit stridet
ut plaustrum onustum feno, nunc
sibilat api que est in extremis
fluminibus Egypti. Aliquando rugit
ut leo, et cum voluit emittit
eloquium suum terre et velociter currit
sermo eius. Per sonitum ergo stridet,
per sibilum demulcet, per rugitum
terret, per sermonem docet. Cum enim
et quibus loquitur contemplativum
suum apte demonstrant, sed in sola
voce voluntatem suam non tamen
loquitur quam significat. Nam per stridorem
quod altius abstrahit et perstringit
celat. Ad sonum etenim stridoris
audientes non tamen eliditur quam

551.

constituatur. Uel potius indignatur displicet cum ei quod audit et ipse revadat reprehendit. Hic est qui dicitur dispositio in rebus talibus et qualibus a quibus dat apte reprehendit. quibus deus ipsum operibus gubernatore quodam stride videtur reddet indiuiduum bona et mala tam bonis quam malis. Qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Aliud autem in omnibus hijs inter reuertit et de hijs omnibus vbique consulat Et dum bonis premia premiis promissa reposita exitione colligunt. Vocem quoddam quodam audiunt percepit. Et qui ad terrena remuneracionis promissionibus se parant. quas ad possessionibus sibilu exigilat Et qui diui tiris minas formidant qui ad latronis fugitiue trepidat Quasi sibilo cum quodam suscitatur qui quali quodam vel primo et uno ad aliquid agendum prouocatur Et ille qui ad iugitur confundit. qui aliqui dampni vel dampnacionis future consideracione a sua persistere decidit. longe ei exterius et qui prolocuta propria deus illis insinuat. quibus voluntate suam inspirant Cum aliud est vtrum discerne. et ad beneplacitum deus perfecte intelligere et ei exemorere in hoc Bonum ergo quodam modo quoque deus in administracione operibus in voce in reuelacione veritatis Sermone in aspiracione voluntatis etc.



